ſis partibus mūdi. ferro flamma fame
Quia non eſt caritas in terra nec ſapiē/
tia. ⁊ ſi dicatur ſapientia humana tamē
ſtulticia eſt apud deum. Quot nobiles
⁊ proceres infra pauca tempora in bel/
lo perierunt. Quot pauperes fame ite/
rierunt Et hoc totum: quia non ē amor
nec ſapientia in terra: ſed frequens ma/
ledictio ⁊ homicidium.

Q̄r chriſtus clauſit infernum ſua paſſi
one ⁊ voluntaria morte Ca. xliiij.

N medio rome in
quodam loco aperta ē ſemel terra ⁊ hy
atus infra patuerunt foramīa. Super
hoc dij ſunt interrogati. Reſponderūt.

Non claudetur hec vorago: niſi aliquis
voluntarie ſe imergat Sed cū h nemini
perſuadere poſſent. Dixit marcus aure
lius Si p annū in roma pro libitu meo
me viuere ſinitis: anno elapſo gauden
ter τ voluntarie me imergam. Romani
hoc audientes gauiſi ſunt cōcorditer cō
ſenſerūt nihil ſibi clauſerūt Qui rebꝰ
τ vxoribus libere vtens āno elapſo cū
nobili equo ſaltu precipiti ſe imergit τ
ſtatim terra ſe clauſit.

Cariſſimi Applicatio

Roma mun
dum iſtum ſignat. In cuiꝰ
medio eſt infernus in centro qui erat a
pertus ante xpi natiuitatē τ infiniti ho
mines in eo ceciderunt Unde a diis .i.
pphetis recepimus reſpōſum q nunq̄
clauderetur: donec virgo pareret filium
qui pro genere humano contra dyabo
lum pugnaret τ anima eius cum diui
nitate ad infernum deſcenderet. Unde
ſcire debetis q nunq̄ de cetero apertus
erit niſi aliquis voluerit p peccatū mor
tale aperire.

Tiberius regna
uit: q̄
āte aſſumptum imperium
erat prudēs ingenio. clarꝰ
eloquio. fortunatus in bello ſʒ poſt reſo
lutus militie artibus: nulla bella gerēs
populum romanum grauiter afflixit fi
lios proprios pluresq̄ patricios τ cō
ſulos īterfecit temperantiā abiecit qua
antea Tyberiꝰ temperatus erat nūc ve
ro ea abiecta liber vocatur Huic quidā
artifex vitrum ductile ſe poſſe fabricare
obtulit. qd Tyberius ad parietē proij
ciens non fractum ſuſtulit ſed curuatū
τ artifex malleum proferens τ velut cu
prum vitrum fabricans mox correxit.
Interrogante autē tyberio ab eo quō
hoc poſſet eſſe: ille dixit neminem hanc
artem ſcire ſuper terram. Quem Ty
berius mox decollari iuſſit dicens. Si
hec ars venerit in cōſuetudinē pro nihi
lo aurum τ argentum reputabitur.

Cariſſimi Moralizatio

Ste tiberius
ſignat aliquos clauſtrales
ſiue ceteros qui anteq̄ ad dignitatem
ſunt promoti vel diuitias: ſatis humi
les τ paciētes ſunt ſed cū pmouentur
totum oppoſitum operantur. τ ideo di
citur cōmuniter Honores mutant mo
res τ pſalmiſta. Homo cum in honore
eſſet non intellexit τc. Artifex qui vas
obtulit: poteſt dici paup qui diuiti mu
nera offert: ſed ſi ei non placent proij
cit nec vult recipere ſed magis cōtra eū
accenditur τ ſpoliat ymmo ad mortem
vſq̄ ſepius punit

Q̄ ſolum boni intrabunt regnū ce
lorum Ca. xlv

Rat quidam
rex nobiliſſimus ſapiēs at
q̄ diues qui vxorem habu
it predilectam: que debite dilectionis
imemor tres filios iuxta regem genuit
qui ſemper erāt regi rebelles τ in nullo
ei ſimiles Deinde de regis ſemie quar
tum filium concepit τ peperit ac nutri
uit. Accidit aūt vt finito dierū ſuorū cir
culo rex moreretur corpuſq̄ ſuū rega
le in ſarcophago clauderetur poſt cuiꝰ
mortem quatuor ſupradicti pro domi
nio regni inceperūt contēdere Tan
dem inter ſe concordabant vt ad quendā
militem veterem regis mortui quondā
ſecretariū ſpecialem accederēt τ in iudi
cio ſuo ſimpliciter ſe ponerēt. Et ſic fac
tum eſt. Miles autē cum eos paciēter
audiſſet dixit. Audite conſiliū meum
τ eo fcō bene erit. Expedit vobis vt cor
pus defuncti regis de ſarcophago extra

hatis ⁊ quilibꝫ arcū cū ſagitta ꝑatū habeat ⁊ quicūqꝫ ꝓfundiꝰ corpus eiꝰ penetrauerit: regnū eiꝰ obtinebit. Placuit eis cōſilium ſcilicꝫ patreꝫ de loco ſuo effodere ⁊ ad arboreꝫ ligare. primus ſagittam iacens manum dextram regis vulnerabat. Qua de re tanqꝫ heres vnicꝰ ⁊ regni dn̄s proclamabatur. Secūdꝰ vero ſagittam propius in os letanter q̄dāmodo ſagittabat vnde ſibi certiꝰ attribuebat. Tercius āt cor ipſius ſagitta perforauit qui ſe pre ceteris fratribꝫ regnum putabat ſine lite certiſſime poſſeſſurum Quartus vero cum accederet ad corpus ingemuit ⁊ voce lamentabili dixit. Heu me pater mi ꝙ ſic corpus tuum a filijs tuis video vulneratū. Abſit a me vt ego corpus patris mei viuū aut mortuū vnqꝫ percutiam. Hijs dictis regni principes ſimulqꝫ vniuerſus populus eundem iuuenem eleuantes tanqꝫ verum herede ⁊ regni dn̄m in patris ſolium locauerunt. ⁊ alij tres omni dignitate ⁊ diuitijs ſunt priuati ⁊ a toto regno expulſi.

Cariſſimi Moralizatio.

Ex iſte ſapiens nobil ac diues: regem regū ⁊ dominū dn̄antium non incongrue videt designare. Qui ſibi creaturam generis humani tanqꝫ ſponſam predilectaꝫ ſpeciali priuilegio ſociauit. Que tandem fornicata poſt deos alienos debite dilectionis imemor: tanqꝫ adultera tres filios genuit ſcilicet paganos iudeos ⁊ hereticos: quoruꝫ primus manū regis vulnerauit dum doctrinam xp̄i qui ſedet ad dexteram patris reſpuit. ſuis famul a deo miſſis: ꝑ vulnera varia mortis ſupplicium inferendo. Secundus filius putatiuus regem regum veraciter ſagittauit cum dicerent iudei. Venite percutiamus eum lingua dumqꝫ ſitim ſuam felle potarent pariter ⁊ aceto.

Tercius filius perfidiſſimꝰ cor regis ſummi nō deſinit intoxicato iaculo perforare. dū heretici nitūtur fideles quibꝫ eſt cor vnū ⁊ aīa vna in dn̄o ſuis puerſe doctrine iaculis lacerare Vn̄ ps. Exacuerunt linguas ſuas ſicut ſerpētes ⁊c. Idē. Parauerūt ſagittas ſuas in pharetra. Quartus filius: qui dolet nec vult ſagittare: eſt bonus xp̄ianus: qui multū timet deū ⁊ dolet de pctīs alioꝝ. nec vlla ratione vult deum offendere ꝑ peccatū. ⁊ ſi offendat: paratus eſt ſatiſfacere talis in die iudicij exaltabitur in regnum eternum

De ſeptē pctīs mortalibꝫ Ca. xlvi.

Plinius narrat ꝙ in menſe Maio exiuit quidaꝫ in nemus in quo ſteterunt ſeptē arbores plene folijs. decore aſpcū ⁊ tot frondes collegit ꝙ portare nequiuit. Venerūt tres viri potētes ⁊ eū contra nemꝰ duxerūt In exitu ī foueā profundā cecidit ⁊ ſubmerſus eſt ꝓ magnitudīe pōderis. Itē narrat philoſophꝰ in libro de aīalibꝫ ꝙ ſi volueris facere vt coruꝰ poſtqꝫ nidificauerit in arbore nunqꝫ ex ouis pullos ꝓducere poſſꝫ pones cineres vitri int arborē ⁊ corticeꝫ ⁊ qꝫdiu cineres ibi fuerunt nunqꝫ pullos ꝓducet.

Cariſſimi Moralizatio

Studnemus eſt mūdus iſte diuerſis arboribꝫ delcābilibꝫ. i. pctīs mortalibꝫ plantatus In iſto nemore. ſ. mūdo ſunt ſeptē arbores q̄ ſignāt ſeptē pctā mortalia ex quibus hō colligit ⁊ facit pōdꝰ ꝙ portare nō pt nec leuare. i. de pctō ſuo non pergere pt nec ad grām dei ꝑuenire qꝫdiu in peccato ꝑmanꝫ ſꝫ ecce tres viri veniūt: cuſtodes. ſ. nemoris qui ipm̄ iuuāt. ſ. mūdꝰ

caro demonia ⁊ iſta viſibilia q̄ iuuāt hō
minē diuerſis peccatis ⁊ ducūt vſq̧ ad
exitū nemoris.i.vſq̧ ad exitū a corpe
ſed tunc demergitur in ꝓfundū inferni
pre magnitudine ſuoꝝ peccatoꝝ. Ité
corui⁹ eſt dyabolus nidus eſt habitatio
in corde p̄ ſchoatione iniquitatis. Per
vitrū q̄ diuerſoꝝ colorum eſt intelligi
tur caro humana.p cinerē vitri mortis
memoria.q2 vitrū ex cinere fit ⁊ in cine
rem reuertitur. Ponatur ergo mortis
memoria inter arborē ⁊ corticem.i.inẗ
animā ⁊ corpus Corpus eſt cortex qd
bene regat aīa ⁊ ſic diabolus nunq̄ ꝓle
procreabit peruerſe operationis. Qd
nobis concedat ⁊c̄.

De tribus regibꝫ Ca.xlvij

Ex danoruz ad tres reges qui ſtella du
ce ab oriente iheroſolimaz
venerunt ⁊ xp̄o nato munera obtulerūt
deuotionē habebat eoſq̧ in ſuuz hoſpi
tium inuocabat. Profectus ergo p̄dic
tus rex coloniā cū apparatu magno vbi
ſacroſancta corpora eoruz cum honore
debito conſeruātur tres coronas aure
as mirabiliter ac regaliter fabrefactas
eis obtulit. Inſuper plus q̄ ſex marca
rum milia cum ingenti deuotione eccle
ſijs ⁊ pauperibꝫ diſtribuit ſue fidei exē
plum ibidē fideli pplo relinquēs Qua
dam autē die cum ad ꝓpria remearet ⁊
mēbra ſopori dediſſet ecce vidit in ſom
nis tres reges cuz coronis: quas porta
uerant in capitibus preferentes cum in
genti lumine ad ſe propius accedere ⁊
audiuit ſingulos ſingulariter dicere ta
lia. Primus ⁊ ſenior dixit. Frater
mi feliciter veniſti ſed felicius ad ꝓpria
remeabis. Alter dixit Multa tribuiſti
ſed tecum plurima reportabis. Terci⁹
dixit. Frater mi fidem oſtendiſti: ſed ex
pletis.xxxiij. annis iugiter in celeſtibꝫ
nobiſcū regnabis Primus ergo dixit
offerens ei pixidē pleno auro. Accipe
inquit theſaurum ſapientie per quem ti
bi ſubiectum populum iuſte iudicabis
Quia honor regis iudiciū diligit Se
cundus pixidem cum mirra ei obtulit:
dicēs. Accipe mirram penitentie p quā
etiam carnis motus illecebros effrena
bis quia optime regnat qui ſeipſum be
ne regit. Terci⁹ ſimiliter obtulit ei pixi
dem plenam thure. Dicens ei. Accipe
thus deuotionis ⁊ deuo te clementie. p
quod miſeros releuabis. Quia ſicut
ros herbam irrigat vt creſcat: ſic dulci
clementia regis vſq̧ ad ſydera proue
hit ⁊ exaltat. Cūq̧ rex de magnitu
dine viſionis miraretur ſubito vigila
uit. ⁊ pixides iuxta ſe collocatas reppe
rit qui donū dei letus accepit ⁊ ad pro
pria rediēs que in ſomno viderat deuo
tiſſime adimpleuit. Expleto termīo ſu
p̄dcō: regna celeſtia meruit poſſidere.

Cariſſimi Moralizatio

Ste rex poteſt di
ci quilibȝ criſtianus bonus
qui tenetur tres coronas afferre tribus
regibꝫ ſcilicet patri filio ⁊ ſpiritui ſanc
to patri tenet̄ reddere coronam hono
ris quia potens eſt. Non bonum eſt fi
dem frangere potenti. quia poteſt oppri
mere ⁊ te annihilare. Iſtam coronam
fidei in bapaſmo fideliter reddere pro
miſiſti quando dyabolo ⁊ pompis ei⁹
abrenūciaſti. Scḋam coronā ſapīe ac
ſpei filio teneris reddere Quia ſapiēs
eſt ⁊ pro nobis paſſus. Ideo ſpem de
eo pre ceteris habere debemus. Et hoc
multiplici de cauſa Primo quia tantū
nos dilexit q̄ de celo deſcendit. Natu
ram noſtram aſſumpſit Et victoriaȝ cō
tra diabolum pro nobis obtinuit. Ter
cio debēmus offerre coronam amoris
ſpiritui ſancto. quia ipſe eſt amor pr̄is

⁊ filij. ⁊ per eum. amoꝛē hominis ⁊ dei
poterimus obtinere. Si illa tria puro
coꝛde ⁊ caritate perfecta offerimꝰ: ſine
dubio iſta q̄ ſequūtur a p̄re filio ⁊ ſpū
ſancto obtinebimus. A patre theſaurū
virtutum. per quas poterimus animaꝫ
regere cum coꝛpoꝛe contra diabolū mū
dum ⁊ carnem ⁊ per conſequēs regnuꝫ
celeſte obtinere. A filio pixidē cum mir
ra. per pixidē coꝛ mundum intelligas a
peccatis mundatum Per mirram peni
tentiam. Quia ipſe prius vitam peni/
tentie in cruce oſtendit ⁊ petentibꝫ ab
eo ſuam gratiam dat cotidie. A ſpiritu
ſancto thus deuotionis hoc eſt ſuā vir/
tutem infundit per quā deuoti ſumus ⁊
caritate pleni quia deus caritas eſt ⁊
per conſequēs cōmuneꝫ offenſionē quā
per peccatū contra deum incurrimꝰ per
eum delere poterimus ⁊ ſic vitam eter/
nam obtinere. Ad quā ⁊c̄.

De iuſta ſequela maloꝝ Ca. xlviij

Dyoniſius
refert ꝙ cuꝫ perillus eris ar
tifex fallaridi regi tyranno
crudeli: qui argentinos depopulabat ⁊
exquiſitis toꝛmentis implicabat obtu/
liſſꝫ eius crudelitati nimis aptum quē/
dam eneum tauruꝫ nouiter per ſe factū
in latere latenter habens oſtium per qđ
īmitterētur homines moꝛte puniendi:
vt ſuppoſito igne crematentur Et cum
ipſi hoīes propt̄ moꝛtis amaritudineꝫ
clamarent in tauro: non crederetur vox
eſſe humana ſed feralis. vt ſic rex mini/
me ad compaſſionem moueretur. Rex
opus laudans ſed inuentoꝛem eius ex/
hoꝛtans ait. In te priꝰ excipies ⁊ pro
babis. quod mihi crudeli crudelioꝛ ob
tuliſti. Nulla eñi equioꝛ ratio eſt q̄ꝫ ne/
cis artificeꝫ arte perire ſua vt dicit oui
dius.

Moralizatio.

Ariſſimi iſte
artifex eſt malꝰ ſeneſcallus
ſub tyranno rege: qui ar/
gētinos id ē iuſtos ſimplices ſpoliat ⁊
eos per toꝛmēta multis modis affligit
Homo vero ſimplex affert munera
vt perſecutionem euadat ſed nihil ei ꝓ
deſt taurus eneus offertur: factum ē ſta
tutum nouum. ⁊ lex: per quaꝫ ſimplices
credunt euadere ⁊ per eam puniuntur ⁊
bona amittunt. ⁊ tales lites cremantur ⁊
per coꝛdis amaritudinem ⁊ clamant nō
creditur eſſe vox humana quia clamoꝛē
pauperis potentes non libenter audiūt
ſed dicunt ſeruus aut ruſticus meꝰ eſt
omnia ſua ſunt mea ſꝫ ſepius tales qui
alios affligunt in eadem vel maioꝛi dā
natione puniuntur ⁊ male dies ſuos fi
niunt Unde p̄s Uidi impium ſuperex
altatum ⁊ eleuatum ſicut cedros libani
Tranſiui ⁊ ecce non erat.

De ſubtili dyaboli illuſiōe Ca. xlix.

aulus longo
bardoꝛuꝫ hyſtoꝛicus refert
ꝙ conanus rex vngaroꝛuꝫ
obſedit in foꝛo Iulij caſtrum dictum
fondat. Quem cum de muro cerneret
pulcherrimuꝫ Roſinilla duxiſſa habēs
quatuoꝛ filios ⁊ duas filias ſcripſit ſibi
occulte. Si me in vxoꝛem duxeris ca/
ſtrum hoc meum tibi dabo. Quo pro/
mittēte eā ſe velle ducere caſtrū ei dedit
filijq̄ꝫ omnes fugerunt. Conanus autē
rex duxiſſe promiſſuꝫ tenens ⁊ eam pri
mo die ī mrīmoniū ſibi copulauit. Se
cūdo die. xij. vngaris tradidit eā publi
ce illudēdā. Tercio die toto coꝛpe vſq̄ꝫ
ad gulā trāſfigi fecit dicēdo. Talꝰ vxoꝛ
q̄ ꝓ libidie ſua carnis citatē ꝓpriā ꝑdi/
dit: talē dꝫ hr̄e maritū Moralizatio

Ariſſimi iſte conanꝰ ē diabolꝰ qui
obſedit caſtrum .i. coꝛ humanū

cum vicijs ⁊ cõcupiſcentijs. Roſinilla
duxiſſa ſcilicꝫ q̃ eſt per dyabolũ ſeducta
reſpicit vltra muros. i. appetit illicita
ſicut viſus mulierẽ ad ↄcupiſcendam.
Et ſic de ceteris ſenſibꝫ Unde miſer hõ
tm̃ delectat̃ ꝙ caſtrũ. i. cor ſuũ dat dy-
abolo qñ peccato cõſentit. Unde fugiũt
quatuor filij. i. quatuor virtutes cardi-
nales ab eo fugiunt. Et ſic dyabolꝰ aĩaꝫ
occupet cum duabus filiabꝫ. i. delecta-
tione mala ⁊ volũtate iniqua. Poſtea
tradit eam duodecim vngaris. i. oĩbꝫ
vicijs illudẽdam Poſt hec eã occidit:
quando ad infernum eam ducit.

De laude recte iudicantiũ Ca. l.

### Refert valeri

us ꝙ zelongus conſul edi-
dit ꝓ lege. ꝙ ſi quis ꝟginẽ
defloraret vtrũqꝫ oculum amitteret Ac
cidit ꝙ filius eius filiam vnicã cuiuſdã
vidue deflorauit Mater hec audiẽs im
peratori occurrens ait O dñe legẽ quã
feciſtis impleri faciatis. Ecce vnicus fi
lius veſter vnicam filiam meam rapuit
⁊ vi oppreſſit. Rex hoc audiẽs cõmota
ſunt oĩa viſcera eius Precepit vt duõ
oculi filij ſui eruent̃. Dixerunt ſatrapẽ
dño. Tantũ filium vnicum habes qui
eſt heres tuus: toti ĩperio eſſet damnuꝫ
ſi filiꝰ tuus oclõs amittat At ille. Nõne
vobis conſtat ꝙ ego legẽ edidi. obpro
brium eſſet mihi frangere q̃ꝺ ſemel fir
miter ſtatui: Sed quia filius meus eſt
primus qui contra legem fecit: primus
erit etiã qui penitentie ſubiacebit. Sa
pientes dixerunt. Dñe ꝓpter deum ro
gamus vos vt filio veſtro parcatis Jlle
vero precibꝫ deuictis. ait. Kariſſimi ex
quo ita eſt audite me. Oculi mei ſunt
oculi filij mei ⁊ econuerſo. Dextrũ ocu
lum meum eruatis ⁊ ſiniſtrum oculum
filij mei tũc lex eſt impleta ⁊ ſic factum
eſt. Unde omnes prudentiam regis ⁊
iuſticiam laudabant.

Cariſſimi Moralizatio

### Jste impera

tor eſt dñs nr̃ iheſus xp̄us
qui iſtam legem edidit. nam ſi quis de-
floraret virginẽ. i. animã per baptiſmũ
lotam duobꝫ oculis carere deberet ſcilꝫ
viſionẽ diuinã ⁊ gloriaꝫ eternã amittet
Jſte filius regis qui legẽ fregit ẽ homo
qui per peccatũ aĩam deflorauit. Unde
neceſſe eſt vt penam ſuſtineat quia nr̃a
mater eccleſia ad deum clamat cotidie
vt homo ſe emendet in hoc mortali cor
pore. Jſai. Clama ne ceſſes. quaſi tu-
ba exalta vocem tuam Jmperator vnũ
oculum amiſit ſcilicet dñs iheſus xp̄s
vt tantum vnum oculum retineret qñ
vitam pro nobis expoſuit. ⁊ ideo oportꝫ
nos eruere oculum ſiniſtrum hoc ẽ om
nes concupiſcentias id eſt carnis delici
as per conſequens vitam eternam ob-
tinebimus.

De iniuſtis exactoribus. Ca. li.

### Refert Joſe

phus ꝙ Tyberius ceſar re
quiſitus cur prouinciaruꝫ
preſides diu teneret in officijs. Reſpõ
dit per exemplũ. Uidi inquit quãdoqꝫ
hominem infirmum vlceribus plenum
muſcis grauatũ. Cui cũ ꝑ flagella muſ
cas expellerẽ: dixit mihi. Duplicit̃ me
crucias. vñ me ↄſolari putas abigẽdo
muſcas ſanguine meo plenas ⁊ remit-
tẽdo vacuas ⁊ famelicas. Quis ei du
bitet aculeũ muſce famelice dupliciter
affligere magꝭ q̃ꝫ plene: niſi ille qui cor
lapideum habet. ⁊ non carneum.

Moralizatio

Cariſſimi ſic preſides diu
in officiõ teneo qui rebꝫ poſt
q̃ꝫ ditati ſubditis magis ꝑ
cant. noui autẽ rectores ⁊ vacui deſer

ta iuſticia ſubditos iniquis exactioni-
bus ⁊ vexationib⁊ magis ledunt.

De fidelitate. Ca.lij.

Alerius re
fert q Fabi⁹ redemerat cap
tiuos romanorum promiſ
ſa pecunia. Quam cum Senatus ſibi
dare nollet ipſe fundum vnicum ha-
bens vendidit ⁊ promiſſum premium
ſoluit volens ſe potius patrimonio pri
uare q̄ in propria fide inopem eſſe.

Cariſſimi Moralizatio

Abius iſte ē
dn̄s ihesus criſtus: qui ob
captiuos ſcilicz totum genus humanū
a diabolo captū non pecuniā ſed ꝓpriū
ſanguinem dedit in precium volens ſe
poti⁹ patrimonio ſcilicet vita ꝓpria pri
uare q̄ genus humanū dimittere.

De bonis rectoribus non mutan-
dis. Ca.liij.

Alerius max
imus refert q cum omnes
ſyracuſani mortez dyoniſij
optarent regis ſicilie: quedam femina
ſenectutis vltime ſola matutinis horis
deos orauit vt ſibi rex ſuperſtes fierz in
hac vita. Cuius orationis cauſam dyo
niſius admirans ab ea queſiuit. Que
reſpōdit. Cum eſſem puella: grauē ty-
rannū habens eo carere cupiens peiorē
recepi. quo iterū carere cupiens terciū
peiorem recepi. Timēs ergo deteriorē
tibi ſuccedere. ⁊ ideo pro vita tua omni
die rogo. Dyoniſius hec audiens am
plius ei moleſtiam non fecit.

Cariſſimi. Moralizatio

N veteri teſ
tamēto deus erat valde au
ſterus. Nulli parcebat. Quia oculum
pro oculo dentē pro dente ⁊c̄. Sed mō
per carnem noſtraz quā aſſumpſit fcūs
eſt nobis pi⁹ ac ꝓpici⁹ Et ideo ꝯtīue ora
re debem⁹ vt aliū dn̄m non habeam⁹ q̄
dn̄m noſtrū Jheſum xp̄m. Ad quē ⁊c̄.

De regno celeſti. Ca.liiij.

Mperator frederi
cus ſecundus vnam portam marmo-
ream conſtruxit miro opere ſuper fontē
aque fluentis ꝓpe. Capuā: in qua impe
rator ſculptus fuit in maieſtate cū duo
bus alijs iudicib⁊ Jn ſemicirculo capi
tis dextri iudicis hic verſus ſcriptus fu
it Jntrēt ſecuri qui q̄runt viuere puri
Jn ſemicirculo capitis ſiniſtri iudicis
fuit ſcriptus hic verſus Jnuidus exclu
di timeat vel carcere trudi. Jn ſemicir-
culo capitis īperatoris iſtud ſcriptū fuit
Quā miſeros facio quos variare ſcio.
Jn ſemicirculo ſup portam ſcriptū fuit
Ceſaris īperio regni cuſtodia fio.

Cariſſimi Moralizatio

mperator iſ
te eſt dn̄s noſter ihesus cri
ſtus Porta marmorea ē ſcā eccā p quā
oportet ītrare regnū celeſte Et ē ſitnata
ſup fontē aq̄ fluētis. i. ſup mūdū qui ſp
currit vt aqua ihesu xp̄i cū duob⁊ colla-
teralib⁊. i. cū maria m̄re ihesu ⁊ iohāne
euāgeliſta q̄ deſignat nobis ei⁹ miaz ⁊
iuſticiā. Tūc ſcript⁹ ē v̄ſus Jntrēt ſe
curi. i. pagani. iudei. ſaraceni p baptiſ
mū qui q̄runt viuere puri. i. ab oī pctō
purgati ſic̄ pueri īnocētes Ali⁹ v̄ſus ꝟt
Jnuid⁹. i. pctōr in pctō exiſtēs excludi
timeat ab eccīa triūphāte Et ſic in car-
cere infernali trudi ſine fine. Jn capite
īperatoris erat ſcriptū q miſeri ſunt qui
variāt a via veritatis Et ali⁹ ꝟt Ceſar̄
īperio. i. īperiū dn̄i noſtri ihesu xp̄i erit
noſtra cuſtodia ⁊ dom⁹ ſempiterna.

De reuocatõe peccatricis anime: in exilium ſatiſfactionis miſſe Ca.lv

Ex quidã nobilis quendã filiũ formoſum. ſapientiſſimũ ſtrẽuiſſimum gratioſum. ⁊ moroſuꝫ habebat Et quatuor filias habuit quarũ nomĩa hec erant. Juſticia. veritas. mĩa. ⁊ pax Rex iſte voluit filio ſuo vnico ſponſam tradere. Deſtinauit nuncium pro ꝟgine q̃ eſſet decora Tandẽ inuenit filiam regis ihr̃lm pulchrã valde que eſt tradita filio ſuo: qui eã miro modo dilexit Filius iſte quendã ſeruũ habebat ⁊ ex magna confidẽtia vnũ ducatũ ad cuſtodiendum ei tradidit. Ipſe vero proditor ſeduxit ſponſam dñi ſui ac violauit ac ducatũ deuaſtauit. Filius cũ de adulterio vxoris audiſſet ↄtriſtat⁹ eſt valde ⁊ dimiſit eam ⁊ dedit ei libellũ repudij ⁊ priuauit eã oĩ honore ſuo Ipa ſic priuata ad magnã egeſtatẽ peruenit intm̃. ꝙ quaſi deſperata hinc inde ãbulabat ⁊ panem ſuum mẽdicabat. Hoc audiẽs ſpõſus eius miſertus eſt ei: nuncium ad eam miſit qui eam reuocaret ⁊ ei dicerꝫ Ueni dña ad dñm tuum ſecure. noli timere. Illa ꝟo rẽnuit ⁊ dixit. Dic dño meo ad eũ venirẽ libẽter: ſed nõ poſſum Si querat dñs me⁹ quare recuſo. Dic ei quia lex eſt talis. Si vir vxorem habuerit. ⁊ fornicata fuerit cum altero dabit ille ei libellum repudij. ⁊ inde nõ reuertet᷑ ad eũ vltra. Ego ꝟo iam libellũ repudij recepi quia fornicationẽ cõmiſi ideo redire nõ potero ad eum. Ait nũcius. Dñs meus eſt vltra legẽ ex quo legem cõſtituit. ⁊ ideo ex quo miſertus ẽ tui ſecure ad eum venire poteris. At illa Quale ſignũ dabit ipẽ mihi: ꝙ ſecure ad eũ venire potero? Si tm̃ iſtud oſtenderet ſecura eſſem videlicet ꝙ veniret dilectus me⁹ ad me oſculetur qꝫ me oſculo oris ſui. tunc ſum ſecura ꝙ recepit me in grãm ſuam. Dñs cum ꝑ nunciũ hoc audiſſet ↄſiliũ ſuꝑ hoc habebat cuꝫ oĩbꝫ ſatrapis curie ſue ⁊ regni. Tandẽ ↄſultũ eſt vt mitterꝫ virũ ſapientẽ pro ea vt reduceret eã Et nõ ẽ inuẽtus vn⁹ in toto regno qui ſe de hac re intromittere vellet. Uir eius cũ hoc audiſſet ad eam nũciũ deſtinauit qui dicerꝫ Quid faciam tibi. Nõ eſt inuẽtus aliquis qui te vellet ad me reducere. Illa hoc audiens fleuit amare ꝙ nõ eſt inuentus qui eam reduceret. Uir eius cũ audiſſet de eius lamentatione: perrexit ad prẽ ſuũ ⁊ ait. Dñe mi ſi vobis placꝫ ego ibo ad ſpõſam meam ⁊ a miſeria ⁊ dolore ſuo liberabo eaꝫ ⁊ ad palaciũ veſtrum reducam. Ait pater Uade in fortitudine tua ⁊ reduc eam. Tunc miſit nunciũ ad eã qui ei diceret. Jam gaude quia ecce venio ad te ⁊ reducam te Soror ſenior. ſ. iuſticia cum hoc audiſſet proceſſit ante regem ⁊ ait Dñe: iuſtus es tu ⁊ rectum iudiciũ veſtrum. Ego ſum iuſticia filia vr̃a recte iudicaſtis illam meretricẽ vt amplius nõ eſſꝫ ſpõſa fr̃is mei ⁊ ei libellũ repudij dediſtis iuſticiã ꝗ teneatis. Et ſi cõtra iuſticiã opat⁹ fueritis: dico vobis nõ ero filia vr̃a iuſticia Hijs dictis venit ſcđa ſoror. ſ. veritas ⁊ ait. Pr̃ mi veracit᷑ illaꝫ meretricẽ iudicaſtis: q̃ cubile fr̃is nr̃i ꝑ adulteriũ violauit Si eã velitis reducere facitis cõtra veritatẽ ⁊ ſi ſic ſine dubio nõ ero filia vr̃a veritas Hec audiẽs tercia ſoror. ſ. mĩa venit ad patrẽ ⁊ ait. Dñe ego ſum mĩa filia tua. Fac ꝗ mĩam cum peccatrice q̃ deliquit Quia pro cõmiſſo multũ dolet. ⁊ ſi ei mĩam nõ feceris: non ero mĩa filia tua. Quarta ſoror. ſ. pax cũ audiſſet tãtam diſcordiam ĩter ſorores: totam terram voluit derelinquere ⁊ fugã petijt Hoc facto iuſticia ⁊ veritas exhibuerũt gladium ⁊ regi tradiderunt dicentes Do-

mine ecce gladius iuſticie ad occidendum illam meretricẽ que nos ꝛ fratrez noſtrũ confundit Miſericordia hoc videns: gladiũ a manibꝰ earũ arripuit ꝛ ait. Satis diu regnaſtis. ꝛ veſtrã voluntatẽ obtinuiſtis. modo tẽpus eſt vt exaudiar a patre meo Ego ſum filia ſua ſicut ꝛ vos. Reſpõdit iuſticia. Verũ eſt multo tempore regnauimꝰ ꝛ adhuc volumꝰ regnare. Verumptamẽ exquo inter nos eſt tanta diſcordia vocetur frater nr̃ qui ſagax eſt in oĩbꝰ ꝛ inter nos iudicz Et ſic fcm̃ ẽ. Filiꝰ vo cũ veniſſz ꝛ audiſſz altricatões int᷑ eas quõ iuſticia ꝛ veritas ex vna pte vĩdictam petierũt mĩa ꝛ pax veniã: ait Kariſſime ſorores ꝓpter veſtram diſcordiam ſoror noſtra a patre noſtro predilecta. ſ. pax totum regnum dimiſit. hoc nullo modo volo pati quia pro ſpõſa mea adultera paratus ſuz pati ſupplicia. Ait iuſticia Si ħ feceris tibi ↄ̃dicere nõ poſſumus Dixit ergo ad miam Tu laboras ꝓ ſpõſa mea vt reducatur. Si vero eam reducam ꝛ iterum fornicata fuerit intẽdis iterato pro ea intercedere. At illa. Non. niſi penituerit. Audiẽs hec filius pacẽ ſororẽ ſuam reduxit ꝛ fecit ſorores adinuicem oſculari. facta cõcordia filius de regno deſcendit ꝛ bellum pro ſpõſa ſua dedit ꝛ eam cum omni honore ad regnũ patris ſui reduxit Et ſic ambo vitam in pace finiuerunt.

Moralizatio: Cariſſimi

Ex iſte eſt pater celeſtis: filius tã ſapiẽs eſt dñs noſter Jheſus xp̃s. ſpõſa tã pulchra eſt anima ad dei ſimilitudinẽ creata. quatuor ſorores iuſticia veritas mia ꝛ pax. Anima cum ſeruo dñi. i. cũ dyabolo adulterata eſt qando ei conſenſit ꝛ ideo eam dñs ſuus dimiſit. Poſt hoc plus ſpõſus dedit ei libellum repudij ꝛ dimiſit eam. ꝛ priuauit eam oĩ honore ſuo in quo erat conſtituta ſuper opera manuũ dñi. ſicut ait pſalmiſta Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Dedit etiã ei ducatum id ẽ paradiſum ꝛ illum etiã ab ea abſtulit ꝛ in miſeriam huius mũdi poſuit. Vñ dixit. Jn ſudore vultus tui veſceris pane tuo Unde Bernardꝰ cõqueritur ꝛ dicit Memento nobilitatis tue. pudeat deiectõis tue. Jpſe vo dñs miſertus ſponſe ſue miſit ad eã nũcium qui reuocaret eam ꝛ diceret. Eleuare eleuare conſurge conſurge iherualem ſolue vĩcula colli tui captiua filia ſyon. Jlla vero rẽnuit venire: ꝛ dixit Domine libenter redirem ſed nõ poſſum. Quare: Quia tu dixiſti per Jheremiam. Si vir habuerit vxorem ꝛ illa fornicata fuerit cum adultero: dabit vir illi libellum repudij ꝛ non reuertetur ad eum vltra. Ergo non audeo reuerti ad te. Quid ergo faciam: Tus ſunt verba qui iuſtus es ꝛ iuſte iudicas oĩa. Quomodo ergo ad te redire potero: Reſpondit dominus per yſayam prophetam Nunquid abbreuiata ẽ manus mea vt ſaluare nequeã: Abſit. Sz ſicut dixi per Ezechielem. Jn quacũꝗ hora peccator ĩgemuerit: omniũ iniquitatum eius non recordabor Et licet fornicata ſis tamen ad me reuertere ꝛ ego recipiam te. Ut dicitur in cãticis. Reuertere reuertere ſunamitis ꝛc̃. Reuertere reconſiliando te deo patri. reuertere recõſiliando te dei filio. reuerte recõſiliando te ſpiritui ſancto. reuertere reconſiliãdo te angelis: quoꝝ ꝯſortiũ tu pdidiſti. Jlla cñdit Qđ ſignũ mihi dabis ꝙ recipias me. Ait dñs. pete tibi ſignũ a deo tuo in ꝓfundo ĩferni ſiue in excelſum ſupra At illa dixit Nõ petã ſed veniat dilectus meus ad me ꝛ oſcu

letur me oſculo oris ſui vt ſim ſecura ꝙ me in gratiam ſuam recipiat. Cui dominus. Si mulier oblita fuerit infā tuli ſui ego nunq̄ꝫ tui obliuiſcar. Ego cogito cogitationes pacis ⁊ non afflictionis ⁊ ideo conſilium habeo. Dominus vero habuit conſilium ſecretum cum tota curia celeſti: quē mitterꝫ pro liberatione ſponſe ſue. Et neqꝫ inter angelos neqꝫ inter homines inueīt aliquē qui velit poſſet vel qui dignus eſſꝫ ſpōſam ſuam redimere. Angelus dicebat: Ego libere conditionis ſum: illa ſeruilꝭ. Quare ego deformarē conditionē meam. Homo dicebat. Non ſum dignus pati pro ſponſa tua. qꝛ homo ſum peccator. Hoc vidēs dñs miſit ad ſponſaꝫ ſuam dicens Quid faciā. quia non ē qui velit aut qui poſſet te ſaluare. Illa hec audiens fleuit ꝙ neqꝫ in celo neqꝫ ī terra aliquis inuentus eſt qui eam liberarꝫ

Pater vero miſericordiarum ⁊ deꝰ totius conſolationis cōſolabitur eaꝫ dicens. Iheruſalem ſponſa mea. ciuitas mea noli ſic flere quia cito veniet ſalus tua. Quare merore conſumeris. Nunquid conſiliarius non adeſt tibi. Quia innouauit te dolor. ſaluet te ⁊ liberet te noli timere. Surrexit ergo filius ante patrem ⁊ dixit. Ecce ego paratus ſum pro ſponſa mea pati. Ego feci ego feriam ego portabo ego ſaluabo. Cui pater Vade in hac fortitudine tua ⁊ libera filiam meam ſponſam tuā de carcere madian hoc eſt dyaboli. Hec audiens iuſticia allegauit contra frēm ſuum. ſuperuenit veritas ⁊ tenuit cum iuſticia. ſed miſericordia tenuit cū fratre ſuo. Et pax quarta ſoror fugit. qꝛ non erat pax inter deū ⁊ hominē. Iuſticia dicebat miſericordie. Regnare volo qꝛ dicit ſalomō. Immortalis eſt iuſticia ⁊ perpetua Unde ius in eum nulla preſcriptio includit

Diuturnitas tempōris non attenuat ſꝫ potius confirmat. Reſpondit miſericordia. Verum eſt ꝙ immortalis es ⁊ perpetua. ſed in futuro: non modo. Ego volo pro ea intercedere. quia penitentiam iam agit. Et ſicut tu es filia patris mei iuſticia. ſic ⁊ ego ſum filia miſericordia Et ideo ratio dictat vt me audiat ſicut ⁊ te. Videns ergo filius ſapiens iſtam diſcordiam inter ſorores dixit iuſticie. Paratus ſum tibi ſatiſfacere vt preualeat oratio miſericordie. Ait ḡ iuſticia. Mihi placet. ſed vellem ſcire quomō. Ait filius. Incarnari volo ⁊ naturā humanam aſſumere. Nunquid hoc ſufficit. Et dixit filia iuſticia. Non ſufficit. Dixit filius. Circumcidi volo. Fameꝫ ⁊ ſitim pati. Temptari. Triſtari. tedium pati. Sanguineum ſudorem ſtillare. Nunquid hec tibi ſufficiunt. Et reſpondit illa ꝙ non ſufficiunt. Dixit filius iuſticie. Volo colaphis cedi. ⁊ alaphis flagellari. Volo conſpui. deridi ac dereliqui. ⁊ deſpici. ⁊c̄. Nunquid hec tibi ſufficiunt. Reſpondit iuſticia. Non ſufficiunt. Crucem volo portare. ⁊ manibus ligari. ⁊ pedibus perforari. Nunquid hec tibi ſufficiunt. Et illa. Non. Aceto potari volo. totuꝫ ſanguinem exhauriri ⁊ in cruce mori. Mortuus lancea perforari latus. Deinde a mortuis reſurgere. Celum aſcēdere. locum ſponſe mee preparare Nunquid hec tibi ſufficiunt. Et illa dixit. O bone frater vt video ⁊ ſcdm̄ ꝙ audio: plus diligis ſponſam tuam q̄ꝫ teipſum. Iam que dixiſti ſufficiunt Tunc filius dixit ad miſericordiam. Si omnia iſta que dixi. ⁊ que in corde meo poſui fecero: ⁊ ſponſa mea iſta contempſerit. nunquid iterum pro me interpellabis. Et illa. Non niſi egerit penitentiam. Qui ait. Mihi bene pla‑

cet. Quotiens homo peccauerit ſi pẽni-
tentiam poſt hoc egerit miſericordiam
ſuper eum habebo. His dictis fecit ſo-
rores vocari. ſ. iuſticiã. veritatẽ. miſeri
cordiam ⁊ pacem ⁊ oſculate ſunt ad in-
cem. Tunc filius omnia promiſſa adi-
pleuit ⁊ regna celeſtia ei dedit. Unde
bernhardus excitans ſpõſam ad conſid̃
randum graciaz ſibi a domino impenſaz
dicit. Uide o ſponſa in cruce ſponſum
tuum capite inclinatũ ad oſculum. ma
nuuz extenſionem ad amplexus. later̃
apertionem ad affectum. totius corpis
expoſitionem ad contemptum. Hauſit
igitur de proprio ſanguine ſuo ⁊ obtu-
lit patri ſuo munus pro dulciſſima ſpõ
ſa ſua. Suſcipies ergo pater celeſtis p̃
clarum munus de manu filij per qd̃ ſal-
uati ſumus ad vitam eternam. Ad quã
nos perducat ⁊c̃.

## De memoria mortis. Ca. lvi.

Quidam prin
ceps erat qui multũ delec-
tabatur venari. Accidit ſel
ꝙ cum ad venandum perrexiſſet: caſu
mercator quidã per eandẽ viam ſecut⁹
eſt. Uidenſqꝫ principem formoſuz gro
ſum veſtimentis precioſis indutũ ait in
corde ſuo. O dñe deus: homo iſte mul
tum tibi tenetur ecce q̃ꝫ formoſus ⁊ ſtrẽ
nuus ẽ ⁊ gratioſus. ⁊ oẽs qui ſũt in ei⁹
comitatu honeſte ſunt induti. His
cogitatiſ dixit vni ex familia principis
Dic mihi cariſſime dñs veſter qualis ẽ
Qui ait. Eſt dñs multarum terrarum
⁊ potens valde in auro ⁊ argento ⁊ fa-
milia. Ait mercator. Multũ tenetur ip
ſe deo. Formoſus eſt ⁊ ſapiens int̃ om-
nes quos vnq̃ꝫ vidi. Ille hoc audiens
occulte omnia verba mercatoris domi
no ſuo narrauit. Dñs vero circa horam
veſpertinam cum domũ rediret rogauit
mercatorem vt ſecum pernoctaret. Il-
le contra hoc non audebat reſiſtere. Cũ
principe ad ciuitatem perrexit. Cum ve
ro caſtrum eius intraſſet. tot diuitias
tot pulchras cameras auro depictas vi
dit ꝙ valde admirabatur. Cum autem
hora cenandi adeſſet: princeps merca-
torem iuxta ſuam dominã in menſa col
locari fecit. Mercator autẽ cum dñam
vidiſſet tam pulchram ⁊ tam gratioſaz
quaſi extra ſe raptus fuit: ⁊ ait in corde
ſuo. O deus meus: princeps omnia q̃
deſiderat cor ſuum habet. vxorem pul
chram filios ac filias familam multam
nimis. Cum autẽ ſic cogitaſſet. delata
ſunt fercula ante dñam ⁊ eum. Et ecce
cibaria optima in capite vnius defunc
ti collocata ⁊ ante dñam poſita ⁊ omni
bus d̃ familia in ſcutellis argenteis mi
niſtrabatur in aula. Mercator cũ caput
mortui añ eũ vidiſſz cõmota ſunt oĩa
viſcera eius ⁊ ait in corde ſuo. Heu mi
hi timeo ꝙ perdam caput meuz in iſto
loco. Dña vero inq̃ꝫtum potuit eum cõ
fortauit. Cum vero nox adeſſet: ducit̃
in cameram honeſtã vbi inuenit lectuz
paratũ cortinis circũuolutum ⁊ in ãgu
lo domus luminaria magna. Dum ve
ro lectum intraſſet famuli oſtium clau-
ſerunt ⁊ mercator ſolus in camera remã
ſit. Reſpexitqꝫ angulum vbi erat lumẽ
⁊ vidit duos homines mortuos ꝑ bra
chia pendentes. Hoc viſo. inuaſit euz
timor intolerabilis intantum ꝙ quieſ-
cere non poterat. Mane vero ſurrexit ⁊
ait. Heu mihi: timeo hodie iuxta illos
duos pendere. Princeps vero cum
ſurrexiſſet fecit mercatorem ad ſe voca-
ri ⁊ ait. Cariſſime: Quid tibi placet de
me. At ille. Mihi omnia bene placẽt.
ſed ꝙ mihi miniſtrabatur ĩ capite defũ
cti vltra q̃ꝫ credi poteſt abhorrui tantũ
ꝙ comedere non poteram. Cũ vero in

lecto poſitus fuiſſem: duos iuuenes pē
dentes in angulo camere vidi. Tantus
timor me inuaſit ꝙ dormire non pote/
ram. Et ideo dei amore permittatis me
tranſire. Ait princeps. Cariſſime vidi
ſti vxorem meā nimis pulchram ⁊ ca/
put defuncti ante eam: ratio eſt talis.

Iſte enī cuius erat caput fuit quidā
dux nobilis qui vxorem meā ſollicita/
uit ⁊ cum ea cōcubuit ⁊ ſimul adinuicē
cōmiſceri perſpexi. Gladium arripui et
caput eius amputaui Unde in ſignum
verecundie ſingulis dieb⁹ illud caput
ante eam pono vt ad memoriā reducat
peccatum quod commiſit. Filius ve
ro defuncti illos duos iuuenes cogna
tos in camera pendentes occidit. Jdo
omni die corpora eorum viſito vt fiam
magis feruens ſanguinem eorum vin
dicare Cū aūt adulteriū vxoris recolo
⁊ mortem iuuenū ad memoriā reduco
nullum gaudiū haberere potero. Uade
ergo cariſſime in pace ⁊ āmodo vitam
hominis cuiuſcūqꝫ non iudices quouſ
qꝫ plenius tibi de veritate conſtiterit.
Mercator ei valefecit ⁊ ad mercanduꝫ
perrexit.

Allegoria ſiue Moraliſatio
Cariſſimi.

Rinceps iſte eſt quilibet
homo xp̄ianus bonis virtutibus ꝑ vir/
tutem baptiſmi ditatus: qui debet ha
bere pulchram famliam ſcꝫ ſenſus inte
riores ⁊ exteriores ſine macula peccati.
qui debent homini miniſtrare ⁊ ſepius
ad venandum pergere. id eſt opus me/
ritorium operari. Mercator iſte eſt bo
nus prelatus vel confeſſor diſcretus q̄
tenetur tali aſſociari. domum cordis ſui
viſitare ⁊ bonas virtutes ibi plantare.
ſicut fecit xp̄us duobus peregrinis ve/
nientibus de emaus qui domū hoſpitij i/
trauit. Uxor tam formoſa eſt aīa ad
ſimilitudinē dei creata: que debꝫ ī men
ſa iuxta prelatum ſacre ſcripture collo/
cari vt addiſcat ea que ſunt ſalutis. Sꝫ
ſepius iſta anima cū dyabolo adultera/
tur qn̄ peccatū mortale cōmittit. Quid
ergo eſt faciendū. Extrahe gladium lin
gue ⁊ ora ad deum intime. Un̄ pſal. Li
gua eoꝝ gladius acutus. Per iſtū gla/
dium lingue cum cordis contritione ⁊
oris confeſſione poteris hunc dyabo/
lum deuincere. ⁊ h̄ eſt caput ei⁹ ampu
tare ⁊ ante oculos cordis tui ſemper po
nere quoniā gratiam tibi dabit domin⁹
eum deuincere. penitentiam perfecte a/
gere h̄ ē miſericordie op⁹ exercere Duo
iuuenes in camera pendētes quos occi
dit aduerſarius tuus: ſunt dilectio dei
⁊ proximi qui erant extincti per peccatū
primi parentis. ⁊ ideo ſemꝑ debes eos
in camera cordis tui tenere vt deū tota
mente tota anima diligas ⁊ ſemꝑ ī ei⁹
timore permaneas. quia neſcimus ſi a/
more vel odio digni ſumus ⁊ ad memo
riā reducere quantū deus pro nobis ſu
ſtinuit in cruce. vt per amariſſime mor/
tis xp̄i iugem meditationē deueniam⁹
ad regna perpetua.

De perfectione vite. Ca. lvij.

Jtus in ciuitate Romana regnauit: qui ſtatuit
legē ꝙ dies primogeīti ſui
ab ōnib⁹ ſcīficaret̄. ⁊ quicūqꝫ diē nati/
uitatis filij ſui ꝑ opus ſeruile violaret
morte moreret̄. Promulgata lege vo
cauit magiſtꝝ Uirgiliū ⁊ ait. Kmīe talē
legē edidi: verūtn̄ ſepe in occulto pote/
rūt pctā ꝯmitti: ⁊ ad quoꝝ notitiā ꝑueni
re non potero. Rogam⁹ ḡ te vt ſcḋm idu
ſtriā tuā aliquā artē inuenias: per quaꝫ
potero experiri quales ſint illi qui cōtra
legem delinquūt. At ille. Dn̄e fiat vo
luntas tua. Statim Ugilius arte magi
ca ſtatuā ī medio ciuitatꝫ fieri fecit. ſta/

tua illa omnia peccata occulta ī illo die
commiſſa imperatoꝛi dicere ſolebat Et
ſic per accuſationem ſtatue quaſi infini/
ti homines erant condemnati. Erat tūc
quidam faber in ciuitate nomine focus
qui in illo die ſicut in ceteris operatus
eſt. Cum autem ſemel in ſtratu ſuo iacu
iſſet intime cogitauit quomodo per ac
cuſationem ſtatue multi moꝛiebantur.
Mane ſurrexit ⁊ ad ſtatuā perrexit ⁊ ait
O ſtatua ſtatua per tuam accuſationeʒ
multi moꝛiuntur. voueo deo meo ſi me
accuſaueris: caput tuū frangam. His
dictis domum perrexit. Hoꝛa prima im/
perator ſicut ſolitꝰ erat nuntios ſuos
ad ſtatuam ꝯſtituit vt ab ea quererēt
ſi aliquis contra legem commiſiſſet.
Cum autem ad ſtatuam veniſſent ⁊ vo
luntateʒ impatoꝛis dixiſſent: ait ſtatua
Cariſſimi: leuate oculos veſtros ⁊ vide
te que ſcripta ſunt in fronte mea. Illi
vero cum oculos leuaſſent tria in fron
te eius clare viderunt ſcilicʒ Tempoꝛa
mutantur: homines deterioꝛātur Qui
voluerit veritatem dicere caput fractū
habebit. Ite domino veſtro nunciate
que vidiſtis ⁊ legiſtis. Nuncij perrere/
runt ⁊ omnia domino ſuo retulerunt.
Imperatoꝛ cum hoc audiſſet precepit
militibus ſuis vt ſe armarent ⁊ ad ſta/
tuam pergerent. Et ſi aliquis contra ſta
tuam ⁊ contra voluntatē ſuam aliquid
faceret eum ligatis manibus ⁊ pedibus
ad eum ducerent. Milites ad ſtatuam
perrexerunt dicentes. Placet impera/
toꝛi vt oſtendatis illos qui cōtra legeʒ
cōmiſerunt ⁊ quales erāt illi qui minas
fecerunt. Ait ſtatua. Focum fabꝛuʒ ac/
cipite Ille eſt qui ſingulis diebus legē
violat ⁊ mihi minas facit. Illū cōpꝛe/
henderunt ⁊ coꝛam imperatoꝛe duxerūt
Ait imperatoꝛ. Cariſſime: Quid eſt
quod audio de te. Quare legem editaʒ
illā violas. At ille. Dn̄e legem ſeruare

non poſſum Quia omni die octo dena
rios opoꝛtet me habere ⁊ illos ſine labo
re non potero acquirere. Ait imperatoꝛ
Et quare octo denarios Qui ait. Om
ni die per annum duos denarios tene/
oꝛ dare quos mutuaui in iuuētute Du
os acōmodo. duos perdo. duos expen
do. Ait imperatoꝛ. De iſtis manifeſtiꝰ
debes mihi dicere. Cui ait faber Do
mine mi aduertite me Duos denarios
omni die teneoꝛ patri meo: quia cuʒ eſ
ſem puer paruulus. pater meus duos
denarios ſuper me ſingulis diebus ex/
pendit. iam pater meus in egeſtate eſt
poſitus. vnde ratio dictat ꝙ ei ſubueni
am in ſua paupertate. ⁊ ideo omni die
duos denarios ei trado. Duos ali/
os denarios filio meo accōmodo: qui
iam ad ſtudium pergit. vt ſi contingat
me ad egeſtatem peruenire: mihi illos
duos denarios reddat ſicut ego iaʒ pa
tri meo facio Duos alios denarios
ōni die pꝛo ſup vxoꝛē meā qꝛ eſt mihi
ſp contraria. aut ꝓpꝛie voluntatꝭ aut cal
lide ꝯplexionis. ⁊ ꝓpter iſta tria quicqͩ
ei dedero ḣ pꝛo. Duos alios dena
rios ſup meipm̄ in cibis ⁊ potibꝰ expen
do. Leuius bono mō tranſire nō potero
⁊ iſtos denarios non poſſum obtinere
ſine cōtinuo laboꝛe Iā audiſtis ratiōeʒ
Detis ergo iudiciū rectū. Ait impatoꝛ
Kariſſime: recte reſpondiſti vade ⁊ fideliť
amodo laboꝛa. Poſt ḣ cito impatoꝛ ꝺ
functus eſt ⁊ focus faber ꝓpter ſuā pru/
dētiam in impatoꝛē eligitur ab ōnibus
qui imperiū ſatis prudēter regebat. ipō
moꝛtuo: inter alos impatoꝛes imago
eius depingiť ⁊ vltra caput ſuuʒ octo
denarij. Moꝛaliſatio.

Ariſſimi: Iſte impatoꝛ eſt pa
ter celeſtis: qui ſtatuit ꝓ lege
ꝙ qui dieʒ pꝛimogeniti ſui vi
olaret moꝛte moꝛeretur. Dies iſta eſt

dies dominica ſiue dies feſtiualis ab
eccleſia ordinata. vnde in veteri lege ac
noua dicitur. Memento vt diem ſab-
bati ſanctifices. ſed heu prochdolor plu
res illis diebꝰ pctā maiora ꝯmittūt ꝗ̄
ceteris diebus. Tales poterunt aſſimi
lari cuidam piſci in mari tā diu bene eſt
ſibi quando eſt in mari. ſꝫ ſi contingat a
caſu ꝙ ſaltat ſupra tēpore pluuie ⁊ plu
uia eum tangat incipit mori nec per mł
tos dies ſtatum eius poterit recupera-
re q̄uſqꝫ fuerit de aqua maris ſatiatus.
Eodē modo aliqui ꝗ̄diu ſunt per totaꝫ
ſeptimanam in mari huius mundi labō
rantes tam diu bene videtur eis. ſed ſi
contingat eos diebus feſtiuis ad eccle
ſiam pergere ⁊ aliquē dulcem ſermonē
vel miſſam audire eis videtur ꝙ ſint in
magna anguſtia quouſqꝫ ſunt in operi-
bus mundanis refocillati. Virgiliꝰ
certe qui ſtatuam fecerat eſt ſpiritusſāc
tus qui predicatorem ordinauerat vt ā
nunciet virtutes ⁊ vitia: penam ⁊ glori
am. Sed heu iā poterit dicere predica-
tor ſicut ſtatua dixerat. Tempōra mutā
tur. Hoc ſatis manifeſte videmus ī pri
mitiua eccleſia in omni ſtatu tempora e-
rant meliora ꝗ̄ nunc. orationes ⁊ p̄ces
ꝗ̄ modo. Terra dabat fructū ſuum ma
gis abunde: ⁊ omnia elementa que ſua
erant. ſunt mutata propter pēccata ho
minum Hoc apparebat in diluuio noe
Secūdo homines deteriorant̄ ſicut cla
re videmus. In antiquo eñ tempore
erant homines magis deuoti. elemoſi-
narij. charitatiui ꝗ̄ modo ſunt. Et qua
re Quia totus mundus in maligno po
ſitus eſt. Tercio qui voluerit veritateꝫ
dicere ⁊c̄. Modo ſi predicator pēccata
potentū predicet: ſtatim minas ac mur
murationes habebit. Unde yſaie. xxxi.
Loquimini verba placentia. Et ideo a-
poſtolꝰ dicit Erit enim tempus cū ſanā
doctrinā ñ ſuſtinebunt ꝓ domo iſrahel.

Focus eſt quilibet xp̄ianus bonus
qui fideliter ſicut miles chriſti laborat.
Unde quilibet bonus xp̄ianus tenetur
ſingulis diebus patri ſuo celeſti redde
re duos denarios ſcꝫ amorem ⁊ honorē
Amorem quia nos tantū dilexit ꝙ pro
noſtro amore vnicum filium ſuum de
celis deſcendere permiſit. ⁊ morte tur-
piſſima condemnari. Honorem: quia
omnia ab ipſo procedūt ⁊ ſine eo nullū
bonū agere poterimus. Iteꝫ duos de-
narios filio accōmodamus. Cuiuſmōi
filius eſt Certe ille de quo yſa. d̄r. Par
uulus enim natus eſt nobis ⁊c̄. ſ. filius
dei. Et quales denarios debemus ei ac
cōmodare. Certe duos omni die. ſ. bo
nam voluntatē ⁊ bonū actum ꝗ̄diu ſu-
mus in hoc mortali corꝑe ⁊ quādo nos
egeni ſumus facti in die iudicij qñ nu-
di apparebimus. tunc ipſe nobis reddꝫ
illos denarios in vita eterna: ſicut ſcrip
tum eſt. Centuplum accipietis ⁊ vitaꝫ
eternam poſſidebitis. Item duos de-
narios perdimus ſuper vxorem. Uxor
iſta eſt caro noſtra miſera: que ſemꝑ cō
trariatur ſpiritui. Denarij quos expen-
dimus ſuper eam ſunt mala voluptas ⁊
actus malꝰ que continue oꝑantur ex ob
liqua voluntate. Iſtos duos denarios
pērdimus. quia grauiter propter hoc
hic vel alibi puniemur. Itē duos d̄na-
rios omni die ſuꝑ noſipſos expendimꝰ
ſi boni xp̄iani ſumus. ſ. dilectionem dei
in toto corde ⁊ dilectionem ad proxīm
ſicut ad noſipſos. Cariſſimi ſi iſtos oc
to denarios expēdere volueritis ad gau
dium eternum peruenire poſſitis.

## De confeſſione. Ca. lviij.

Ex quidā re
gnauit nomine Aſmodeus
qui ſtatuit ꝙ quicūqꝫ male
lefactor captus eēt ⁊ corā iudice ductꝰ

ſi tres veritates pōſſʒ dicere tam veras
contra quas nullus poſſet obijcere: q̄ñ
do vero ſine omni fallacia eſſent quan/
tumcūꝗ eſſet malefactoꝛ vitam ſuam
obtineret cū tota ſua hereditate. Ac
cidit caſus ꝙ quidā miles contra regē
foꝛē fecit: fugā petijt et ī quadā foreſta
latuit. In qua multa mala cōmiſit. q̄a
omnes intrātes ſpoliauit aut occidit.
Iudex cum hoc audiſſet inſidias in cir
cuitu foreſte oꝛdinauit eum depreben/
dit et ligatis manibus ad iudicium veī
re fecit. Ait ei iudex. Cariſſime noſti le
gem. Qui ait. Etiam domīe. Si debeo
ſaluari opoꝛtet me dicere tres veritates
aut moꝛtem euadere non poſſuʒ. Ait iu/
dex. Imple beneficium legis aut hodie
moꝛieris. At ille. Dñe fac fieri ſilentiū
quo facto ait. Dñe ecce hec pꝛima veri
tas. Uobis omnibus denuncio ꝙ to/
to tempe vite mee extiti malus homo.
Iudex hoc audiens circūſtantibus ait.
Eſt ne verum q̄d ille dicit. At illi. Si
non eſſʒ malefactoꝛ ad iſta non veniſſʒ.
Ait ergo iudex. Dic ſecundā veritatem
Qui ait. Secūda veritas eſt. Mihi mł
tum diſplicet ꝙ in iſta foꝛma huc veni
Ait iudex. Certe credimus tibi. Dic er
go terciam veritatē ⁊ teipſum a moꝛte
ſaluaſti. Ait ille. Hec eſt tercia veritas
Si ſemel potero euadere. ad iſtū locuʒ
nunꝗ̄ voluntarie in iſta foꝛma venirem
Ait iudex. Amen tibi ſatis pꝛudenter te
liberaſti. vade in pace ⁊ ſic ſaluatus eſt
Cariſſimi. Moꝛaliſatio

Imperatoꝛ iſte eſt
dominus noſter iheſus xp̄us qui iſtam
legem edidit. ſ. ꝙ quicunꝗ malefactoꝛ
id eſt peccatoꝛ per gratiā dei captus fue
rit coꝛam diſcreto iudice ductus. i. con
feſſoꝛe. dicat tres veritates tam veras
ꝙ demones contra ſe non poterūt obij/
cere. hereditatem regni celeſtis obtine
bit. Prima veritas eſt. ego ſum malus
homo id eſt in tali peccato ⁊ ſic de ſingu
lis. Ecce confeſſio. Secunda veritas ē
Diſplicet mihi. ⁊ c̄. i. multuʒ mihi diſ
plicet ꝙ tantum deum meum offendi.
Ecce contritio. Tercia veritas eſt. Si
poſſem ſemel euadere per viam ſatiſfac
tionis nunꝗ̄ ad peccatum redirē volun
tarie. ⁊ ſic per conſequens vitam eter/
nam obtinerem.

De ſuperbia nimia. ⁊ quomodo ſu
perbi ad humilitatem maximā ſepē per
ueniunt ſatis notabile. Ca. lix

## Iouinianus

imperatoꝛ regnauit pōtens
valde: qui cū ſemel in ſtra/
to ſuo iacuiſſet exaltatū eſt coꝛ eius vl/
tra q̄ꝫ credi pōt. Et in coꝛde dixit. Eſt
ne aliqs deꝰ aliꝰ q̄ꝫ ego. His cogitatis
ſomnū cepit. Mane vero ſurrexit ⁊ vo
cauit milites ſuos ⁊ ait Cariſſimi: bonū
eſt cibum ſumere q2 hodie ad venandū
pergere volo. Illi vero pati erant eius vo
luntatē adimplere. Cibo ſumpto ad ve
nandū pꝛexerunt. Dum vero imperat/
toꝛ equitaſſet caloꝛ intolerabilis eū in
uaſit intantū ꝙ videbatur ei ꝙ moreret
tur niſi in aqua frigida balneare poſſet.
Reſpexit a longe: aquā latam vidit Di
xit militibus ſuis. Hic remaneatis quo
uſꝗ fuero r̄frigeratꝰ Dextrariū cuʒ cal
caribꝰ ꝑcuſſit ad aquā feſtinanter eq̄ta/
bat. de equo deſcendit ōnia veſtimenta
depoſuit. aquā intrauit ⁊ tam diu ibi re
manſit quouſꝗ totaliter refrigeratꝰ eēt
Dū ibidē expectaſſʒ venit quidā homo
ei ꝑ ōnia ſimilis in vultu ⁊ geſtu ⁊ indu
it ſe veſtimentis eius. dextrariū eiꝰ aſcē
dit ⁊ ad milites equitauit. ab omnibꝰ
ſicut perſona imperatoꝛis eſt receptus.
Finito ludo ad palacium cum militibꝰ
perrexit. Poſt hoc cito Iouinianus de

aqua exiuit: ſed nec veſtes nec equum i
uenit. Admirabatur ⁊ triſtatus eſt val/
de. quia nudus erat ⁊ neminem vidit.
Cogitauit intra ſe Quid faciam. Ego
miſerabiliter ſum fruſtratus. Tandem
ad ſe reuerſus dicebat. Hic prope ma
net vnus miles quem ad miliciam pro
moui: ad eum pergam. veſtes ⁊ equum
acquiram. Et ſic ad palacium meum a/
ſcendam ⁊ videbo quomodo ⁊ per quē
ſum confuſus. Jouinianus totali/
ter nudus ad caſtrum militis perrexit.
Ad ianuam pulſauit. Janitor autē cau
ſam pulſationis queſiuit. Ait Jouinia
nus. Januam aperite ⁊ qualis ego ſum
videte. Jlle vero ianuam aperuit ⁊ cū
eum vidiſſet obſtupuit ⁊ ait. Qualis
es tu. At ille. Jouinianus ſum impera
tor. Uade ad dominū tuum ⁊ dic ei vt
mihi veſtes accomodat quia veſtes ⁊ e
quum perdidi. Qui ait. Mentiris peſ/
ſime ribalde. Jam ante aduentum tuū
dominus imperator Jouinianus ad pa
lacium ſuum cum militibus ſuis tranſi
uit: ⁊ dominus meus ſecum perrexit et
rediit. ⁊ iam in menſa ſedet. Sed q2 im
peratorem te nominaſti: domino meo
nunciabo Janitor intrauit ⁊ domiō ſuo
verba eius retulit. Jlle hoc audiens p̄/
cepit vt introduceretur Miles cum eū
vidiſſet: notitiam eius non habebat.
Sed imperator peroptime eum cogno/
uit. Ait ei miles Dic mihi qualis es ⁊
quod eſt nomen tuum. Qui reſpondit
Ego ſum imperator Jouinianus ⁊ ego
te ad miliciam promoui tali tempore.
Ait ille. O ribalde peſſime: qua auda/
cia audes te imperatorem nominare.
Jā enim dominus meus imperator an̄
te ad palacium equitauit. ⁊ ego per viā
ei aſſociatus eram ⁊ iam ſum reuerſus
⁊ quia teipſum imperatorem nomina/
ſti impune non tranſibis. Fecit eū egre
gie verberari ⁊ poſtea expelli. Jlle vero
ſic flagellatus ⁊ expulſus fleuit amare ⁊
ait. O deus meus: quid hoc eſſe pote/
rit q̄ miles quē ad miliciam promoui:
notitiam mei non habꝫ ⁊ cum hoc gra/
uiter me flagellauit. Cogitauit apd̄
ſe. prope eſt quidam dux conſiliarius me
us: ad eum pergam ⁊ neceſſitatē ei oſtē
dam per quē potero indui ⁊ ad palaciū
meum reuerti. Cum vero ad ianuā du
cis veniſſet: pulſauit. Janitor audiens
pulſationem ianuā aperuit ⁊ cum homi
nem nudum vidiſſet admirabatur ⁊ aie
bat. Cariſſime qualis es tu. ⁊ quare ſic
taliter nudus veniſti. Et ille. Ego ſum
imperator. a caſu equum ⁊ veſtimenta p
didi. Et ideo ad ducem veni vt mihi ī
hac neceſſitate ſuccurrat. Jdeo te rogo
vt negocium meū coram domino tuo
facias. Janitor cum verba eius audiſſꝫ
admirabatur: aulam intrauit ⁊ domiō
ſua omnia retulit Ait dux. Jntroduca
tur. Cū introductus fuiſſet nullus noti
tiam eius habebat. Et dux ait ad illum
Qualis es tu. Et ille. Jmperator ſum
ego ⁊ te ad diuitias ⁊ honores promo
ui quando te ducem feci ⁊ conſiliarium
meum te conſtitui. Ait dux. Jnſane mi
ſer: perrexi parum an̄ te cū domiō meo ī
peratore verſus palacium ⁊ reuerſus ſū
Et quia talem honorē tibi appropriaſti
impune non tranſibis. Fecit eum ī car
cerem recludi ⁊ pane et aqua ſuſtentari
Deinde ex carcere extraxit et egregie ve
berari et a tota terra poſt hoc eiici fecit.
Jlle ſic eiectus vltra q̄ꝫ credi poterit ge
mitus et ſuſpiria emittebat et ītra ſe di
xit Heu mihi quid faciam quia factus
ſum opprobrium et abiectio plebis.
Melius eſt mihi ad palcium meum p
gere et mei de palacio meo notitiā ha
bebunt. Saltem ſi non: vxor mea noti
tiam meam habebit per certa ſigna.
Solus ad palacium acceſſit. Ad ianu
am pulſauit. Audita enim pulſatione

ianitor ianuam aperuit: quem cum vi-
diſſet dixit. Dic mihi qualis es tu. Et
ille. Miror de te ꝙ nõ noviſti me: quia
per tot tempora fuiſti mecum. Qui ait
Mentiris tu. Cum domino imperato-
re diu ſteti. Et ille. Ego ſum ille. Et ſi
dictis non credis. rogo te dei amore vt
ad imperatricem accedas ⁊ per iſta ſig-
na: illa mihi veſtes imperiales ꝑ te mit
tet. quia a caſu omnia perdidi. Iſta ſig
na que per te ei mitto: nullus niſi nos
duo novit ſub celo. Ait ianitor. Non
dubito: quin inſanus ſis. Quia iaȝ do
minus meus imperator in menſa ſedet
⁊ iuxta eum imperatrix. Verumtamen
ex quo dicis te imperatorem eſſe impe-
ratrici intimabo ⁊ certus ſum ꝙ grauiť
punieris Ianitor ad imperatricem per-
rexit ⁊ omnia audita ei intimavit. Illa
non modicum contriſtata ad dominuȝ
ſuum conuerſa eſt ⁊ ait. O domine mi
audite mirabilia ſigna priuata ĩter nos
ſepius acta vnus ribaldus in porta mi
hi per ianitorem recitat ⁊ cum hoc dicit
ſe imperatorem ⁊ dominũ meum eſſe.

Ipſe cum hoc audiſſet precepit iani
tori vt introduceretur in conſpectu õni
um. Qui cum taliter nudus introduc-
tus fuiſſet canis quidam qui antea mul
tum eum dilexerat ad guttur ſuum ſal-
tabat vt occideret. Sed per familiam ĩ
peditus eſt ſic ꝙ nullum ab eo receperit
malum. Item quendam falconem
habebat in partica: qui cum eum vidiſ
ſet ligaturam fregit ⁊ extra aulam auo
lauit. Ait imperator omnibus in aula
ſedentibꝰ. Cariſſimi audite verba mea
que de iſto ribaldo dicã. Dic mihi qua
lis es tu ⁊ ob quã cauſam veniſti. At il
le. O domine iſta eſt mirabilis queſtio
Imperator ſum ⁊ dominus iſtius loci.
Ait imperator omnibus ſedentibus in
menſa ⁊ circumſtantibus. Dicite mihi
per iuramentum veſtrum quod mihi fe

ciſtis: quis noſtrum imperator eſt ⁊ do
minus. Aiunt illi. O domine leuiter re
ſpondemus per iuramentum quod vo-
bis fecimus Iſtum ribaldum nunꝙ̃ vi
dimus. ſed vos eſtis dominus noſter ⁊
imperator quem a iuuentute nouimus
Et ideo rogamus vna voce vt puniať.
vt omnes exemplum ab eo capiant ⁊
de tali preſumptione non attemptent.
Imperator ille conuerſus ad imperatri
cem ait. Dic domina mihi per fidẽ quã
teneris: noſti tu iſtuȝ homĩem qui ſe di-
cit imperatorem ⁊ dominũ tuum eſſe.
At illa. O bone dñe: cur talia a me que
ris. Nonne plus ꝙ̃ triginta annis ĩ ſo-
cietate tua ſteti ⁊ prolem per te genui.
Sed vnum eſt quod miror quomõ iſte
ribaldus peruenit ad noſtra ſecreta int
nos perpetrata. Imperator ille dixit il
li qui introductꝰ fuerat. Cariſſime qua
re auſus fuiſti teipſum imperatorem no
minare. Damus pro iudicio vt ad cau-
dam equi hodie ſis tractus. ⁊ ſi iterum
auſus ſis hoc dicere: te condẽnabo mor
te turpiſſima. Vocauit ſatellites ſuos
⁊ ait Ite ⁊ iſtum ad caudam equi trahi
te ſed nolite eum occidere. Et ſic factũ
eſt. Poſt hec vero vltra ꝙ̃ credi poteſt
commota ſunt omnia ĩteriora eius Et
quaſi de ipſo deſperatus dicebat. Pe-
reat dies in qua natus ſum: amici mei
a me receſſerunt. Vxor mea ⁊ filiȷ mei
non nouerũt me. Dum hoc dixiſſet: co
gitabat. Hic ꝓpe manet confeſſor meꝰ
pergam ad ipſum forte ipſe meam no-
titiam habebit. quia ſepius confeſſiõeȝ
meã audiuit. Perrexit ad heremitam
ad feneſtram cellule pulſauit. At ille.
Quis ibi. Et ille. Ego ſum imperator
Iouinianus: feneſtram aperias vt lo-
quar tecum. Ille vero cum vocem eius
audiſſet feneſtram aperuit cum enim vi
diſſet cum impetu feneſtram clauſit ⁊
ait diſcede a me maledicte tu nõ es im-

ꝑator ſed diabolus in forma homīs. Ille hoc audiens ad terraz pre dolore cecidit crines capitis ac barbe dilacerauit ⁊ dixit. Heu mihi quid faciam ego His dictis recordatus fuit ꝙ in ſtratu ſuo exaltatum fuit cor eius dicens. Eſtne deus alter preter me. ſtatim ad feneſtram heremite pulſabat ⁊ dixit amore illius qui pependit in cruce confeſſionē meā audite feneſtra clauſa. Ait ille. Mihi bene placet. Qui de tota vita ſua cū lacrimis eſt confeſſus ⁊ precipue quō contra deum ſe erexit dicens. Qꝫ non credidit alium deum eſſe ꝗꝫ ſeipſuz. facta confeſſione ⁊ abſolutione heremita feneſtram eius aperuit ⁊ noticiam eius habebat. Et ait. Benedictus altiſſim⁹ iam noui te. paucas veſtes hic habeo ī duas te ⁊ ad palacium ꝑge: ⁊ vt ſpero noticiam tuam habebunt. Imperator induit ſe ⁊ ad palacium ſuum perrexit ad ianuam pulſabat. Ianitor oſtium aperuit ⁊ eum ſatis honorifice recepit. At ille. Nūquid noticiam meaz habes. Qui ait. Etiam domine ꝑoptime. Sꝫ admiror ꝙ ꝑ totuz diem hic ſteti ⁊ vos exire non vidi. Ille vero aulaz intrauit omnes eum videntes capita inclinabāt Alius imꝑator erat cū domina. Quidam miles exiēs de camera eum ītime aſpexit. poſt hec in cameram eſt reuerſ⁹ ⁊ ait. Domine mi. eſt quidam in aula cui omnes capita inclinant ⁊ honorem faciunt qui vobis in omnibus aſſimulatur in tm̄ ꝙ quis veſtrum eſt imꝑator penitus ignoro. Imperator ille hoc audiens ait impatrici. Exeas ⁊ videas ſi eius noticiam habeas. Illa vero foras perrexit ⁊ cum eum vidiſſet admirabatur: ſtatim cameram intrauit ⁊ ait. O domine vobis vnum denuncio ꝙ quis veſtrum eſt dominus meus penitus ignoro. At ille. Ex quo ſic eſt foris pergā ⁊ veritatem excutiam. Cum autem aulam intraſſet eum per manum cepit: ⁊ iuxta euz ſtare fecit. vocauit omnes milites in aula exiſtentes cuz imperatrice ⁊ ait. Per iuramentum quod mihi feciſtis dicite quis noſtruz eſt imperator Imꝑatrix primo reſpondit. Domine mi mihi incūbit primo reſpondere: teſtis ē mihi de⁹ in celis: quis veſtrum ē dominus meus penitus ignoro. ⁊ ſic omnes dixerunt. At ille. Cariſſimi audite me. Iſte homo eſt imꝑator veſter ⁊ dominus. Nam aliquo tempore contra deum ſe erexit. ꝓpter quod peccatuz deus eum flagellauit. ⁊ hoīnuz noticia ab eo receſſit quouſqꝫ ſatiſfactionē deo fecerit. Ego ſum angelus eius cuſtos aīe ſue qui imperiuz cuſtodiui ꝗꝫ diu fuit in penitentia. iam eius pnīa eſt cōpleta ⁊ ꝓ peccatis ſatiſfecit ammodo ei ſitꝫ obedientes. ad deum vos recōmendo. Statim ab oculis eorū diſparuit. Imperator vero deo gratias reddidit ⁊ toto tempore vite ſue in bona pace vixit ⁊ ſpiritum deo reddidit Quod nobis concedat ⁊c.

Moralizatio.

Cariſſimi.

Imperator iſte poteſt dici quilibet homo totaliter mūdo datus: qui ꝓpter diuitias ⁊ honores ī ſuperbiam cordis erigitur. Sicut alter Nabuchodonoſor qui diuinis preceptis nō obediuit vocat milites. i. ſenſus pergit ad venandum mundi vanitates Interim calor intolerabilis. i. temptatio diabolica euz arripit ꝙ quieſcere nō poteſt quouſqꝫ in aquis mundanis ſit totaliter refrigeratus. Iſta refrigeratio eſt detrimentum anime. Et ſic milites id eſt ſenſus ſine cuſtodia hominez dimittunt quotienſcūqꝫ in aqua mundana balneari intendit. Sed de equo primo deſcēdit. i. a fide errat qr ī baptiſmo firmiter deo ꝓmiſit adherere. ⁊ pōpis

diaboli abrenūciare. Sed q̄ꝫ cito tota liter ſe in aquis mūdanis inuoluit fidē frangit ⁊ hoc eſt de equo deſcendere.

Deinde depoſuit veſtes.i. virtutes quas in baptiſmo recepit. ⁊ ſic nudus miſer in mundi vanitatibꝫ iacet. Quid eſt faciendum? Certe vt alius ſcꝫ prelatus qui fidem ⁊ virtutes habet cuſtodire hoc eſt veſtimenta recipere. Quia ꝑlato datur poteſtas ſoluendi peccatorē quotiens puro corde ad deum ſe cōuertit. Iouinianus cum de aqua exiuit ⁊c. Sic miſer homo cum de aqua mundana ꝑ dei graciam intendit exire nullam virtutem inueniet. qꝛ omnes per peccatum ꝑdidit ergo habet materiam dolē di. Quō debent ergo virtutes recupari. Certe ad domum militis primo debet pergere. miles iſte eſt ratio que hꝫ te flagellare. qꝛ ratio dictat ꝙ quantuꝫ contra deum perpetraſti in corde tuo: ħ emendes. Et ideo non poteris teipſum dicere impatorem.i. xp̄ianum: qꝛ opa xp̄iani per peccatum ꝑdidiſti. Rano ergo te expellit ab omni vicio. Quid eſt faciendum? Pergas ad caſtrum ducis ſcꝫ ad conſcientiam tuā ꝓpriam que contra te grauiter murmurat donec recōciliatus deo fueris: imo in carcereꝫ te ponit hoc eſt in perplexitatem magnam quō ⁊ ꝑ quā viam deo placere potes ⁊ vulnera ab eo recipe.i. cordis cōpunctionem ꝑ que ſanguis.i. peccatum exeat. Deinde ad palacium cordis tui pulſare.i. intime cogitare quō ⁊ qua de cā contra deum deliquiſti. Ianitor.i. voluntas que eſt libera: oſtium cordis tui habet aperire ⁊ te ducere ad p̄mū ſtatū quē in baptiſmo accepiſti. Canis q̄ ſaltat vt te occidat ⁊c. ē caro tua ꝓpria per quam homo ſepius occideretur niſi deus impediret Et falco in ꝑtica extra feneſtram volat ⁊c.i. potentia diuina non tecum manebit q̄ꝫ diu in mala vita iaces nec vxor.i. anima noticiaꝫ habebit tue ſalutis Quid ergo eſt faciendum Certe vt ſis tractus ad caudam equi. Trahi per caudam equi nihil aliud eſt q̄ꝫ a principio vite vſqꝫ ad preſens quid ⁊ quantū feciſti tm̄ dolere ⁊ ſatiſfactioneꝫ perpetrare. Deinde poſtq̄ꝫ iſta feceris: perge ad heremitam.i. diſcretum confeſſorem in foreſta ſancte eccīe. Et de omnibus quibꝫ contra deū deliquiſti pure confitearis clauſa feneſtra.i. pure non ad laudē hominum ſed ad tuum ſolamen: ⁊ ſtatim deus ⁊ omnes āgeli noticiam tuam habebunt. Deinde facta confeſſione: veſtimentis.i. bonis virtutibus poteris indui: ⁊ ad palaciū cordis tui ſecrete accedere. ⁊ omnes ſenſ9 tui cum vxore.i. anima noticiam habebunt. qꝛ verus imperator.i. bon9 xp̄ianus factus es ⁊ per conſequens vitam eternam obtinebis. Ad quam ⁊c.

De auaricia ⁊ eius ſubtili conamine Capitulum.lx.

Ex quidam erat qui filiā vnicaꝫ pulcrā ⁊ gratioſam noīe Roſimūdam habebat. Puella iſta cum ad etatem denam perueniſſet: erat tam abilis in currendo ꝙ citius ad terminum peruenerat anteq̄ꝫ aliquis eaꝫ tangere poſſet. Rex per totum regnum proclamari fecerat ꝙ quicūqꝫ cum filia ſua volebat currere ⁊ ad finem termini ante eaꝫ perueniret: ipſam in vxorem haberet. ⁊ totum regnum poſt eius deceſſum. Si vero aliquis hoc attemptaret ⁊ in curſu deficeret: caput amitteret. Facta proclamatione quaſi infiniti ſe obtulerunt cum ea currere. ⁊ quotq̄t cū ea currebant omnes deficiebant ⁊ capita amiſerūt Erat tūc q̄dā ī ciuitate pauper noīe abibas: qui intra ſe cogitabat

Pauper ego ſum ⁊ de vili ſanguine ꝓgenitus. ſi ꝑ aliquam viam poſſem iſtã puellam deuincere. non ſolum ego promotus eſſem ſed ⁊ omnes de meo ſanguine. Prouidebat ſibi de trib⁹ cautelis. ſ. de ſerto roſarum qꝛ illa puelle appetunt Secundo de zona ſerica quam puelle libenter optant. Tercio de loculo ſerico ⁊ infra loculum pila quedã erat deaurata. ſuper pilã deſcriptio tal' Qui mecum ludit nunq̃ʒ de ludo ſaciabitur. Hec tria ipſe in ſinu ſuo poſuit. Ad palacium ꝑrexit ⁊ pulſauit. Adeſt ianitoꝛ ⁊ cauſam pulſationis petebat. Qui ait. Paratus ſum cũ puella currere. Illa cum hoc audiſſet quandaʒ feneſtram aperuit ⁊ cum eum vidiſſet in corde ſuo deſpexit: ⁊ ait. Ecce q̃ʒ reprobus eſt cum quo currere debes. Tamẽ non poterat contradicere Ad currendũ ſe ꝑpauit. Ambo adinuiceʒ currebãt Cito puella ad magnam diſtantiã ante euʒ cucurrit. Abibas cũ hoc vidiſſʒ ſertum roſaꝝ ante eam ꝓiecit. Viſo ſerto puella inclinauit ſe ⁊ ſertum leuauit et in capite poſuit. Tantum in ſerto delectabat' ⁊ expectabat ꝙ abibas ante eam cucurrit. Puella cum h̓ vidiſſet: ait in corde ſuo. Nunq̃ʒ filia patris mei cum tali ribaldo debet copulari. ſtatim ſertũ ꝓiecit in quandã foueam ꝓfundam. ⁊ poſt eũ cucurrit ⁊ apprehendit. Quem cum apprehẽdiſſet alapã dedit ei dicẽs Siſte gradũ miſer: non decet vt filius patris tui in vxorẽ me ducat. ſtatim añ eum cucurrit. Abibas cũ hoc vidiſſet ante eã zonam de ſerico ꝓiecit. Quam cũ vidiſſet inclinauit ſe ⁊ eã leuauit ſe ſuccinxit ⁊ tñ de ea delectabat' ꝙ ibidẽ moram traxit ⁊ iteruʒ abibas longe añ eam cucurrit Puella cum h̓ vidiſſʒ fleuit amare ⁊ zonam accepit ⁊ in tres partes fregit: poſt eum cucurrit ⁊ apprehendit. Quem cũ apprehendiſſet manum leuauit ⁊ ei alapam dedit dicẽs. O miſer me in vxorem non habebis. Statiʒ ante eũ longe cucurrit. Abibas cum h̓ vidiſſet expectabat quouſq̃ʒ ipſa ꝓpe eſſet. Hoc facto: loculum de ſerico añ eã ꝓiecit. viſo loculo inclinauit ſe ⁊ loculum leuauit. aperuit: pilam deauratã intus inuenit: ſupſcriptionẽ legit. Qui mecum ludit nunq̃ʒ ludo ſatiabitur. incepit tñ ⁊ tã diu ludere cũ pila ꝙ Abibas citius ad finem peruenit ⁊ eaʒ ĩ vxorem tenuit. Moralizatio

Cariſſimi.

# Imperatoꝛ iſte ẽ dominꝰ noſter ieſus xp̃s. filia pulcra anima ad dei ſimilitudineʒ creata que veločiter in bonis operibus currit q̃ʒ diu in puritate vite manet in tñ ꝙ eam peccatum moꝛtale vincere non p̃t. Clamoꝛ factus eſt ⁊c. Clamoꝛ iſte nihil ẽ aliud q̃ʒ ꝙ homo ſe defendat ⁊ ꝓtegat cõtra diabolũ mundũ ⁊ carnẽ Et ſi bellũ contra iſta tria aggredit' ⁊ victoꝛiã obtinuerit tũc peccata moꝛtalia ſuccũbunt. et hoc ẽ capita amittere. Abibas eſt diabolus qui cũ viderit hoiem ſuperaſſe ꝑ opera mĩe, ꝓuidet ſibi de trib⁹ cautelis ſcʒ de ſerto. Sertuʒ iſtud eſt ſuperbia. Quia ſicut ſertũ non ponit' niſi ſuper caput vt ab hominib⁹ videat': ſic ſupbus ſꝑ vt videri vult. Et ĩdo dicit Augꝰ. Cũ ſupbum videris filium diaboli eſſe nõ dubites. Cum igit' homo vtitur ſerto ſupbie. ſtatim currit diabolus ante euʒ Quid ergo ẽ faciendum: Certe vt ſertum ſupbie ꝓijciatur in foueã humilitatis ⁊ ſic dabis diabolo alapam ⁊ eũ dimittes. Poſt hec puella ſe inclinauit ⁊ zonam leuauit ⁊ aſpexit. Zona iſta eſt luxuria quam diabolus ꝓijcit añ hominem. Cum tamen contra tales dicat Grego. Succingite lumbos veſtros ĩ caſtitate. Si g̃ ſuccing' te zona luxurie

ſtatim diabolus an̄ te currit de bona vi-
ta tua te impedit. Quid ergo eſt facien̄-
dum. Certe vt zona luxurie in tres p-
tes frangatur.ſ. in orationem ieiuniū ⁊
elemoſinam: ⁊ ſic ꝑ conſequens diabo
lum vinces. Poſt hec diabolꝰ loculuꝫ
ante hoīem ꝓijcit. Scitis ꝙ loculꝰ ha-
bet duas cordas ad aperiendū. Cor do
eſt loculus qđ debet eſſe clauſum inferi-
us quantum ad terrena: ⁊ ſuperiꝰ quā-
tum ad celeſtia ad grām ſuſcipiendam.
Due corde que claudunt ſunt timor dī
⁊ pena terna: ꝑ que duo cor hominis
clauditur ne intret peccatū. Pila in lo
culo ſepius īuenit̄ in cordibꝫ noſtris.ſ.
auaritia aut cupiditas qꝛ ſicut pila mo
uetur ad oēm differentiam ꝑſitionis:
ſic ⁊ auarus mouet̄ in terra mouetur ī
mari: non ceſſat pes eiꝰ currere nec cor
cogitare quō ⁊ ꝑ quam viam bona mū
dana poterit adquirere. Supſcriptio
eſt: qui mecū ludit.i. qui cum cupidita
te incipit vitam ducere vt vix aut nun
q̄ȝ poterit ſuſtinere. Sicut dicit ſeneca
Cū omnia peccata ſeneſcunt ſola cupi-
ditas iuueneſcit. Ideo timendum eſt
de aliquibus qui tm̄ cum pila ludūt cu
piditatis: ꝙ diabolus ip̄os occupabit
Quia ſicut dicit apl's. Radix omniuꝫ
maloꝝ eſt cupiditas. Studeamꝰ ergo
vitam noſtram ſic in pijs operibus di-
rigere vt vitam eternā valeamus attin
gere.

De premeditatione ſꝑ habenda
Capitulum. lxi.

Claudius re
gnauit qui vnicā filiam ha
bebat gratioſam ⁊ decoram
valde: qui cū ſemel in ſtratu ſuo iacuiſſꝫ
intime de filia ſua cogitabat quō eaꝫ ꝓ
mouere poſſet. Ait intra ſe. Si eam in
vxorem diuiti ſtulto tradidero: filiā me
am ꝑdam. ſi vero pauperi ſapienti ꝑ eiꝰ
ſapientiam ei neceſſaria large adquire-
ret. Erat tūc in ciuitate quidā philo
phus nomine ſocrates quem rex dilex
erat. vocauit eum ⁊ ait. Cariſſime nun
quid tibi placet filiā meam in cōiugem
accipere. Et ille. Etiā domīe: ꝓ optime.
Et ille. Ex quo ita eſt dabo tibi eam: ⁊
ſub illa conditione ꝙ ſi moriat̄ filia in
tua ſocietate vitā tuaꝫ amittes. Eliges
ergo eā accipere vel dimittere. Et ille.
Mihi bene placet eaꝫ accipere ſub iſta
conditione Rex nuptias celebrauit cū
magna ſolēnitate Per quedā tp̄a vitā
duxerūt in q̄ete ⁊ ſcītate ꝑfecta Poſt
hoc vxor ſocratis vſqꝫ ad mortē infir-
mabatur. Hec audiens ſocrates cōtri-
ſtatus eſt valde. Quādam foreſtam in
trauit: fleuit amare Dū ſic eſſet in dolo
re. Rex alexander in eadem foreſta vēa
batur. Miles quidā alexandri ſocratē
vidit: ad eum equitabat ⁊ ait ei. Cariſ
ſime: cuius homo es. Et ille. Homo
talis dn̄i ſum ego. q̄ ſeruꝰ dn̄i mei ē do
minꝰ ē dn̄i tui. Ait miles. Non eſt ma-
ior dn̄o meo ī toto mūdo. Sed ex quo
talia dicis: ducam te ad dn̄m meum ⁊
audiemꝰ q̄s ē dn̄s tuꝰ de q̄ tot ⁊ tāta ꝓ
ſumis. Cum āt coram rege Alexandro
ductus fuiſſet: ait ei. Cariſſime quis ē
dn̄s tuus: de quo talia dicis ꝙ ſeruus
eius eſt dn̄s meꝰ. At ille. Dominꝰ me
us ē ratio. ſeruus eius voluntas. Sic ē
ergo ꝙ tu per voluntatē tuam regnū tu
um ⁊ non per rationem hucuſqꝫ guber-
naſti. Ideo ſeruus dn̄i mei hoc ē volū
tas eſt dominus tuus. Audiēs hec alex
ander ait. Cariſſime prudēter reſpondi
ſti vade ī pace. Ab illa die cepit rex reg
num ſuum ratione gubernare ⁊ non vo
luntate. Socrates vero ſolus foreſtaꝫ
intrauit ⁊ fleuit amare pro ſua coniuge
Senex quidam venit ad euꝫ ⁊ ait. O
bone magiſter ob quam rem affligitur
anima tua. Et ille. Filiam regiſ ſub tal-

condicione deſponſaui ꝙ quocunqꝫ tē
pore ipſa in ſocietate mea moriat᷑: ego
vitam meā amittam ꝛ iam ad mortem
infirmat᷑. Et hec eſt cauſa doloris mei.
Ait ſenex. Fac conſilium meum ꝛ poſt
factū non penitebis. Uxor tua eſt de ſā
guine regum. Cum rex minutus fuerit
vxor tua pectus ꝛ vbera liniat de ſāgui/
ne patris ſui. deinde in iſta foreſta tres
herbas inuenies. de vna ei potionē faci
es. de alijs duab9 vnū emplaſtr9 pōas
vbi dolorem ſentit. ꝛ ſi iſtam doctrinaꝫ
impleueris ſanitatem ꝑfectam inueni/
et. Socrates ōnia impleuit ꝛ vxor ab
omni infirmitate conualuit. Rex vero
cum audiſſet ꝙ ſocrates tā ſollicite ꝓ i
firmitate filie ſue laborabat eū ad mag/
nas diuitias ꝛ honores ꝓmouit

Moralizatio preſentis hiſtorie.
Cariſſimi.

Iſte rex ē Jheſus
chriſtus dominus noſter. Filia taꝫ pul
cra anima ad dei ſimilitudinem creata.
Iſtā puellam nō diuiti ſed pauperi ſo
crati. i. homini dedit. ꝙ ſit pauper ecce
Job ix. Nudus egreſſus ſum de vtero
matris mee ꝛc̄. ſed k̄mi ſcire debetis ꝙ
ſub tali condicione dedit domin9 noſter
iheſus xp̄s homini animam vt in ei9 ſo/
cietate moreretur ꝑ peccatum mortale
vitam tuam ſcꝫ eternam amittes. Si
ergo anima tua in infirmitatem per pec
catum cecidit: fac ſicut fecit ſocrates in
tra foreſtam. i. ſanctam ecc̄iam in qua ī
uenies ſenem. i. diſcretum confeſſoreꝫ
de cuius ꝯſilio ſaluari poteris. Alex
ander qui venatus eſt ē homo munda/
nus qui potius regulatur voluntate qꝫ
ratione: ſed per ſacram doctrinam emē
datur. Si per peccatū infectus es pri
mo linias pectus tuum cū ſanguine. i.
recentem memoriam de chriſti paſſio/
ne habeas in corde: deinde collige tres
herbas. ſ. confeſſionem contricionem
ꝛ ſatiſſfactionem. de prima facias potio
nem. ſ. de peccatis ſemper dolere. de ali
is emplaſtrum. i. penitenciam: ꝛ ſic per
conſequens ad diuitias vite eterne ꝓ/
moueri poſſis. Ad quam nos perducat
iheſus xp̄s qui viuit ꝛ regnat cum deo
patre ꝛ filio ꝛ ſpiritu ſancto. ꝛc̄.

De pulcritudine fidelis anime.
Capitulum. lxij.

Alius regna
uit prudēs valde. in cuius
regno mulier quedam erat
noīe florētina miro modo pulcra ꝛ gra
cioſa. Unde tanta pulcritudo erat in ea
ꝙ tres reges eā obſidebant ꝛ a quolibꝫ
rege violata. Poſt hec inter reges ꝓp
ter nimiū amorē cōmiſſū eſt bellū: ꝛ q̄
ſi infiniti homines ex omni parte occu
buerunt. Satrape imperij hec audi/
entes omnes ad regem venerunt dicē
tes. Domine: illa florentina in regno
tuo eſt tam pulcra ꝙ quaſi infiniti quo
tidie pro eius amore occidunt᷑. Et niſi
citius remedium apponatur: quotquot
ſunt in regno peribūt. Audiens hec rex
litteras ſcribi fecerat anulo ſuo ſigna/
tas ꝙ ſine vlteriori dilatione illa ad eū
veniret. Preco cum litteris ad eam ꝑ
rexit. ꝛ anteqꝫ ad eam peruenit defunc
ta eſt. Redijt preco: de morte florenti/
ne regi nunciauit. Rex contriſtatus eſt
valde ꝙ eam videre non poterat in ſua
pulcritudine. Omnes pictores regnī
ad eum conuocari fecit. Cum auteꝫ ve
niſſent: ait rex. Cariſſimi hec eſt cau
ſa quare pro vobis miſi. Erat quedam
mulier nomine florentina. in tanta pul
chritudine: ꝙ quaſi infiniti occubuerūt
pro eius amore. Defuncta eſt ꝛ eam
non vidi. Ite ergo ꝛ cum omni indu/
ſtria veſtra imaginem eius depingite
cum ſua pulcritudine: per quaꝫ potero

diſcernere quō tot occubuerunt ꝓ eiꝰ amore. At illi. Domine rem difficilē vos queritis. Tanta erat in ea pulcritudo ⁊ decētia. ꝙ omnes pictores orbis imaginem eius non depingerent quā/tum ad omnia. Excepto vno pictore qui latet in montibus. Ille ſolus eſt ⁊ non alius qui voluntatem veſtram adī/plere poterit. Hec audiens rex pro illo pictore deſtinauit. Qui cum ad eū veniſſet: ait ei. Cariſſime: de tua indu/ſtria informati ſumus Vade ⁊ imaginē florentine ꝑ omnia depinge in ſua pul/critudine. ⁊ condignam mercedem dabo tibi. At ille. Rem difficilem queris Verūtamen mihi concede vt in cōſpec/tu meo omnes pulcras mulieres totiꝰ regni: ſaltem per vnam horam debeam ⁊ faciam quod tibi placebit. Rex vero fecit ōnes conuocari ⁊ in conſpectu eiꝰ ſtare. Pictor quatuor pl̕criores ex eis elegit ⁊ alias licenciauit vt ad patriam ſuam redirent. Pictor ille cum rubeo colore imaginem eius incepit depinge/re: ⁊ que illarum quatuor mulierū ha/bebat magis faciem gratioſam aut na/ſum. ⁊ ſic de ceteris membris hoc ī ima/gine poſuit. Ita ꝙ ex qualibet muliere aliquam ꝑtem accepit. Et imaginē cō/pleuit. Cum vero completa fuiſſz ima/go: venit rex vt eam videret. Qui cū vidiſſet ait. O florentina ſi vixiſſes vi/tra omnes iſtum pictorem deberes dili/gere qui depinxit te in tanta pulcritudi/ne. Moralizatio.

Cariſſimi.

Iſte rex ē pater ce/leſtis. florentina tam pulcra eſt anima ad dei ſimilitudinem creata. Tres re/ges diabolus mūdus ⁊ caro. per iſtos tres reges anima ꝓpter peccatū primi parentis erat obſeſſa ⁊ a quolibet vio/lata. vnde tot occubuerunt ꝑ peccatum ꝙ omnes ante aduentum chriſti ad in/fernum deſcenderunt. Hoc videntes ſatrape hoc eſt patriarche ⁊ prophete ꝺ̄ remedio clamabant dicentes. Domīe mitte nobis quem miſſurus es. Alij. Emitte agnum domine dominatorem terre. ⁊c̄. Deus vero miſit preconē. ſ. beatum Johānem baptiſtam ſicut ſcri/bitur Malachie. i. Ecce ego mitto an/gelum meum qui preparabit ⁊c̄. Sed heu ꝓch dolor longe ā eiꝰ aduētū mor/tua ē aīa. pictores ſunt vocati qui ſe ex/cuſauerunt. ⁊c̄. i. in celo inter angelos: in terra inter homines. ſ. patriarchas ⁊ prophetas non eſt inuentus vnus q̄ ſciuit vel potuit imaginem id eſt animā depingere quantum ad ſuam propriā pulcritudinem Pictor qui de mon/tibꝰ venerat eſt dominus noſter iheſus chriſtus qui deſcendit de celis vt iſtam imaginem reformaret. Et quō. Certe cū rubeo colore. i. ꝓprio ſanguine. Ele/git quatuor mulieres pulcriores. ⁊c̄. Pro prima muliere dedit eſſe cum la/pidibus. Pro ſecunda vegetare cum plantis. Pro tercia ſentire cum anima/libus. Pro quarta intelligere cum an/gelis. Rex cū vidiſſet dicebat. O flo/rentina. i. anima multum deberes iſtū pictorem dominum noſtrum Iheſum chriſtum ante omnia diligere: qui ſuo proprio ſanguine te depinxit in tanta pulcritudine.

## De mundanorum oblectationibꝰ. Capitulum. lxiij.

Eſpaſianus regnauit qui filiam pulcer/rimam habebat cui nomen Aglaes: que erat nimis pulcra ⁊ ocu/lis omnium gratioſa. ita ꝙ eius pulcri/tudo omnes alias mulieres excellebat Accidit quoqꝫ vna dierum ꝙ cum filia

eius ante eum ſtaret: eam intime reſpex
it ⁊ ait ei. Cariſſima: nomen tuum mu
tabo ꝓpter pulcritudinem corporis tui
ſit nomen tuum amodo domina ſolatij
in ſignum huius vt omnes qui aduene
rint triſtes: cũ gaudio recedãt. Rex
vero iuxta palaciuꝫ quendam ortũ pul
cerrimum habebat: in quo ſepius cau/
ſa ſolacij ambulauit. fecit ꝓclamari per
totum imperium: ꝙ ſi qͥs filiam ſuam ĩ
vxorem habere vellet ad palatium ſuũ
veniret ⁊ infra ortum trib⁹ aut quatuor
diebus ſpaciaret. Deinde rediret ſi fi
liam ſuam in vxorem habere vellet. Fa
cta proclamatione multi ad palatiuꝫ ſu
um venerunt Ortum intrabant ⁊ nun
q̃ poſtea ſunt viſi. Et quotquot venerunt
nullus ex eis euaſit. Erat tũc quidã
miles in ꝑtibus longinquis. cuꝫ audiſ
ſet de clamore: ꝙ ſi quis ad palaciuꝫ ve
niret filiam regis in vxoreꝫ haberet. ve
nit ad ianuaꝫ palacij ⁊ pulſauit. ianitor
oſtium aperuit ⁊ eum introduxit. Ad re
gem acceſſit ⁊ ait. Domine mi clamor
factus eſt cõmunis vt ſi quis ortum ve
ſtrum intrauerit: filiam veſtram in vxo
rem habebit. iõ huc veni. Ait rex. Or/
tum intrate ⁊ ſi exieritis eam habebitis
Qui ait. Domine mi vnum mihi con
cede Peto inſtãter anteq̃ ortum ĩtra
uero vt aliqua verba cũ puella loqui po
tero. At ille. Mihi bene placet. Acceſ/
ſit ad puellam ⁊ ait. Cariſſima nomen
veſtrum ẽ domina ſolatij. ad hoc tibi da
tum eſt vt omnes qui triſtes ad te veni
unt cum gaudeo redeant. ſed ego nimiꝫ
triſtis ⁊ deſolatus ad te venio: prebe er
go mihi conſilium ⁊ auxilium quõ cuꝫ
gaudio recedere potero. Multi añ me
venerunt ⁊ ortum intrauerunt: nec vn/
q̃ ampli⁹ viſi ſunt. Si ergo mihi idẽ
caſus contingeret ve mihi dicere pote/
ro ꝙ ego in cõiugem te deſideraui ĩ ma
trimonio. At illa. Tibi veritatem dicã
⁊ tuam triſticiam in gaudium conuertã
In orto illo eſt quidam leo ferociſſim⁹
qui omnes intrantes interficit ⁊ per eũ
omnes qui intrauerũt ratione perſonẽ
mee ſunt interfecti. Arma corpus tuuꝫ
totum ferro a planta pedis vſq̃ ad ver
ticem capitis ⁊ ſint omnia arma tua cum
gũmi linita. Cum vero ortũ intraueris
leo ſtatim in te irruet: contra eum viri/
liter pugna. Et cum laſſus fuerit ab eo
te ſeparabis. Ille vero per brachium vel
pedem te tenebit cuꝫ dentibus intm̃ ꝙ
per arma gummata dentes eius pleni
erunt ꝙ te parum poterit ledere. Tu ve
ro cum hoc perceperis gladium euagina
⁊ caput eius amputa. Sed aliud ẽ
adhuc periculum in orto illo. Eſt tãtuꝫ
vnus introitus: ⁊ ſunt diuerſa diuerti
cula. ita ꝙ qui ſemel intrauerit vix exi/
tum inuenire poterit. Et ideo contra il
lud periculum dabo tibi tale remediuꝫ
Globum fili tibi concedo vt cum ad o/
ſtium orti perueneris. filuꝫ globi in por
ta liga. Et ſic ꝑ filum in ortum deſcẽde.
Et ſicut vitã tuam diligis globum fili
ne ꝑdas. Miles vero ꝑ omnia adimple/
uit ſicut dixerat puella. armatus ortuꝫ
intrauit. Leo cum euꝫ vidiſſet toto co
namine in eum irruit. Miles viriliter
ſe defendit ⁊ cum laſſus erat ſaltũ ab eo
fecit. leo cum per brachiuꝫ tenuit intm̃
ꝙ dentes eius gummi pleni erant Mi
les cum hoc ꝑcepiſſet: gladium extrax
it ⁊ caput leonis amputauit. Ille vero
intm̃ gaudebat ꝙ filum ꝑ quem deſcẽ
dit: ꝑdidit. Ille vero triſtis ac dolens
ortum tribus circuit diebus ⁊ diligen
ter globum queſiuit: de nocte inuenit
cum vero inueniſſet non modicum gau
dens per filum aſcẽdit quouſq̃ ad por
tam peruenit filum ſoluit. ad regem ꝑ
rexit ⁊ filiam ſuam dominaꝫ ſolatij ſibi
vxorem obtinuit: de quo multum gau
debat. Moralizatio.



BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

Cariſſimi. Iſte imꝑator eſt dñs noſter ihesus xp̄s. filia tam pulcra domina ſolacij: eſt regnū eternū. Qui vero voluerit regnum eternū ac celeſte habere: oportet vt primo oſtiū huius mundi intret ⁊ ꝑ aliqua tempora q̄diu deus voluerit ibidē expectet. ps. Conſtituiſti terminos eius qui preteriri nō poterunt. Job. Unus eſt introitus hominum ⁊ iumentoꝝ. ſed in mūdo tot ſunt diuerticula per que neſcit homo finem ſuum. nec vbi. nec quādo. nec quomodo mori debet. Leo vero eſt diabolꝰ qui circuit querens quem deuoret Unū quaſi infiniti ꝑ eū ſunt occiſi. Quid ergo eſt faciendū. Si volumus regnū celeſte obtinere: certe debemꝰ bonis virtutibus ſtabiliter armari: ita q̄ arma noſtra ſint gūmata. Per gūmi elemoſinam intelligere debemus: quia ſicut gūmi duo adinuicem iungit: ſic ⁊ elemoſina aīam cum deo. Unde ꝓpheta dicit. Sicut aqua extinguit ignē: ita elemoſina peccatū. Deinde debes accipere globum fili ⁊c. Globus iſte baptiſmus ē. Unde in principio vite tue oportet incipere a baptiſmo: deinde a confirmatione: ⁊ ſic ꝑ cetera ſacramenta in mūdū iſtum deſcendere. Sed leo. i. diabolꝰ paratus ē contra te pugnare. Contra eum viriliter pugnare debes ⁊ caput eiꝰ id ē poteſtatem per bona opera auferre. Sed ſepe contingit q̄ poſtq̄ homo de diabolo triumphauerit ſicut multi faciunt in quadrageſima: poſt paſcha redeunt ad peccata ⁊ ſic globum fili. i. virtutem ſacramenti perdunt Fac ergo tu ſicut fecit miles ſi ꝑ peccatum virtutes perdidiſti multum dolere deberes: ⁊ ꝑgas iter trium dierum per contritionē confeſſionem ⁊ ſatiſfactionem: ⁊ ſic inuenire poteris ea que perdidiſti. Et ſic cum veneris ad portū mortis qn̄ aīa ſeparatur a corpe poteris ad dñā ſolacij ꝑuenire. i. ad gaudiū eternū. Ad qḋ.

## De dñica incarnatiōe Ca. lxiiij.

Quidam rex regnauit qui tres virtutes habebat. Primo erat fortior omnibꝰ hominibus in corpe Secūdo ſapientior Tercio pulcrior: qui diu ſine vxore vixit. tandē venerunt amici eius ad eum ⁊ dixerunt Domine bonū eſt vxorem ducere ⁊ ꝓlem generare quia non eſt bonum ſine vxore ſtare. At ille Cariſſimi vobis conſtat q̄ ſatis diues ⁊ potens ſum ideo diuitijs nō indigeo Ite ergo ꝑ regna ⁊ caſtra ⁊ mihi virginem ſpecioſam ac prudētem querite: ⁊ ſi iſta duo in aliqua inueneritis licet paupercula eam ī vxorem habebo. Perrexerunt illi ꝑ regna ⁊ caſtra: ⁊ tandē puellam nimis pulcram ac prudētem inuenerunt de ſanguine regum: ⁊ eius virtutes regi denunciauerunt. Rex vero volebat eius ſapientiam experiri. p̄conem vocauit ⁊ ait ei. Cariſſime tibi trado pannū lineū habentē in longitudine ⁊ latitudine tres pollices vade ad puellā ⁊ ex ꝑte mei eā ſaluta ⁊ trade ei iſtū pānū de quo ꝑ ſapiā ſuā faciat mihi ſatis lōgā ⁊ latā camiſiā ꝑ corpe meo ⁊ ſi hoc fecerit coniunx mea erit. ꝓrexit nūciꝰ ad ṽginē ⁊ eā ex ꝑte regis ſalutauit: dixitq̄ ei. Ecce pānꝰ lineꝰ habēs tm̄ in lōgitudine ⁊ latitudīe tres pollices: ſi camiſiā ſufficientē de iſto pāno ꝑ corpe eiꝰ poteris opari te in vxorē habebit. At illa. Quō fiet iſtud ex quo nō ſunt niſi tres pollices ī lōgitudīe ⁊ latitudīe camiſiā ei facere eēt impoſſibile. Uerūtn̄ mihi vas ꝯcedat in quo operari potero ⁊ camiſiā ſatꝰ lōgā ei ꝓmitto. Nūciꝰ ē reuerſꝰ denūciansq̄ regi de ṽginis reſponſiōe: ſtatim rex vas debitū ⁊ p̄cioſū ei miſit

Illa vero de tam pua quantitate in eo-dem vaſe opata eſt camiſiã ſatis ſufficientem ꝑ corpore ſuo. Ille hoc videns ſtatim eam in vxorem duxit.

Moralizatio.

Cariſſimi.

Ex iſte ẽ deus

ipſe potens ac diues. puella generoſa de ſtirpe regum beata virgo maria mater dei ⁊ hoĩs: que fuit pulchra et generoſa: qꝛ grã plena. Nũcius miſſus gabriel archangelus: qui eã ex pte dei ſalutauit dicenſqꝫ ei. Aue gratia plena Pãnus miſſus eſt ſpũ ſſancti grã: que opata eſt in ea: qꝛ anteqꝫ nata fuit ſanctificata fuit. habenſqꝫ tres pollices. i. in conceptione filij ſui erat potentia pris. ſapientia filij. clementia ſpũſſancti De quibus queſiuit vas. i. vterũ ſuũ ſanctificatum in vtero matris ſue. in quo fec camiſiam. i. humanitatẽ que quidẽ humanitas erat in ea opata. Hec videns pater celeſtis eam reginã in celo coronauit: vbi ꝓ nobis interpellat ſuũ filium ⁊ filius prẽm Juxta verbũ beati Bernar. O homo ſecurum acceſſum habes. ⁊c.

De cura anime Capitulũ. lxv.

Qvidam rex

ſemel de vna ciuitate in aliã tranſitũ fecerat. ad quandã crucẽ venit que erat oĩ pte pſcripta. Ex vna pte erat in ea ſcriptum. O rex ſi p iſtã viã equitaueris ꝑ corpe tuo bonuꝫ hoſpiciũ habebis: ſꝫ equo tuo male miniſtrabit̃ Ex alia parte crucis erat ſcriptum. Si p viã iſtã equitas iuenies hoſpiciũ in quo equ⁹ tuus ſatis laute hẽbit ſed tu male miſtraberis. Ex tercia parte erat ſcriptũ. Si p viã iſtã ãbulaueris: tu ⁊ equus tuus ſatis hẽbitis: ſed añqꝫ accedas egregie eris verberatus. Ex pte quarta erat ſcriptũ. Si p viã iſtam ãbulaueris laute tibi miſtrabit̃: ſed equum tuũ ibi dimittes. ⁊ tũc te optet pedib⁹ ãbulare. Rex cũ oĩa iſta perlegiſſꝫ admirabatur intra ſe. cogitabat quã viã equitare vellet. Ait itra ſe. Primã viã volo eligere: qꝛ bene erit mihi. ⁊ male equo nox vna cito tranſibit: pcuſſit equũ cuꝫ calcaribus ad quandã viam vbi caſtrũ iuenit. in eo erat miles qui eũ benigne recepit ac laute miſtrabat ſed equ⁹ parum aut nil habebat. mane vero ſurrexit. ad palaciũ ſuũ equitauit. oĩa geſta que viderat narrauit.

Moraliſatio

Cariſſimi.

Imperator iſte põt

dici quilibet bonus xpian⁹ qui hꝫ circa ſalutẽ aĩe ſue equitare equ⁹ qui eũ portat ẽ corpus ex quatuor elemẽtis ꝯpoſitũ Crux que ſtat in medio vie ẽ pſcia tua in modũ crucis extenſa Una pars vt ad bonũ te prouocet. Altera vt contra malũ fortiter pugnes. Unde ſi ãbulaueris per via min qua bene erit tibi ⁊ male equo tuo optime facis. Cariſſimi Iſta via eſt via pñie. hoſpiciũ ſancta mater eccleſia in qua bene erit tibi i aĩa. Sed oportet vt equ⁹ tuus. ſ. caro tua penitentie ſubiaceat. Qui ergo per iſtã viam ambulauerit ſapienter facit.

Alia eſt via in qua inuenies hoſpicium in quo equus tuus ſatis laute habebit: ſed male miſtrabitur tibi. Uia iſta ẽ via guloſi ⁊ luxurioſi qui hoſpiciuꝫ ſuſcipiunt in voluptate carnis. De quib⁹ apoſtolus ait. Quorum deus venter eſt. ⁊ gloria in confuſioneꝫ ipſoꝝ In iſto hoſpicio anima erit peſſime miniſtrata.

Alia eſt via vbi equus tuus laute habebit. ⁊ tu verberaberis. Uia iſta eſt cupidi ⁊ auari qui laute hic vult viuere parua opera meritoria perpetrare. ſed cuꝫ

morſ eum ab hoſpicio huius mundi expellit. tunc aīa eius poſt mortem in purgatorio vel in inferno egregie verberabitur. Quarta eſt via per quam ſi ābules bene tibi erit: ſed equū amittes. Via iſta ē via boni religioſi: qui de omnibꝰ quantum ad victum ⁊ veſtitum eſt contentus equū amittit. ſ. oēs concupiſcentias carnales ꝓpter deum ac mūdi vanitates. Et ideo dicit ſaluator. Qui ꝑdiderit aīam ſuam ꝓpter me. ⁊c̄. Qui reliquerit prēm aut matrem. ⁊c̄. centupluꝫ accipiet. ⁊ poſt hanc vitam: eternam vitam poſſidebit.

## De conſtantia Capitulū. lxvi.

Vidam rex regnauit qui pulchrā filiam habebat quam multū dilexerat: que etiam poſt deceſſum regis regnum occupauit: quia vnica eſt relicta. Hoc audiens quidam dux tirānus: ad eam venit multa ei promiſit ſi ei cōſentiret. Illa vero ſeducta per eum ē deflorata. ⁊ facta defloratione fleuit amare. Tirannus vero eam ab hereditate ſua expulit. Illa vero ſic expulſa gemitus ⁊ ſuſpiria emittebat. ⁊ in via publica ſingulis diebus ſedebat: vt a tranſeuntibus elemoſinam peteret. Cuꝫ vna die ſic flēdo ſediſſet: quidam miles generoſꝰ iuxta eam equitando venit: videns eiꝰ pulchritudinem captus eſt in oculis eius ⁊ ait. Cariſſima qualis es. Et illa. Filia regis ſum vnica. ⁊ poſt patris mei deceſſum iure hereditario regnū habui: ſꝫ per quendam tirannū fui ſeducta. ⁊ ab eo deflorata. ⁊ poſt hec priuauit me hereditate mea. Ait miles. Utrū placet tibi eſſe ſponſam meā. Que ait. Etiā domine hoc deſidero ante omnia. Qui ait Fidem tuam mihi trade ꝙ nullū alium accipies preter me. ⁊ contra tirannum iſtum faciam bellum. terrā tuam tibi acquiram. Si vero in bello mortuus fuero ⁊ hereditatem tibi acquiſiero: nil aliud peto niſi ꝙ arma mea ſanguinolēta tecum cuſtodias in ſignuꝫ amoris. Si vero aliquis veniat vt in vxorem te ducat: camerā tuam intres in qua arma pēdent. ⁊ illa diligenter reſpicias ⁊ mēoriam habeas quō ꝓpter tui amorem vitaꝫ meā perdidi. At illa. Dñe firmiter hoc ꝓmitto. Sed abſit vt in bello vitam amittas. Armauit ſe ⁊ contra tirannū ꝓrexit. Audiens hoc dux toto conamīe ſe contra eū oppoſuit. ad inuicē pugnabāt Miles victoriā obtinuit. caput tiranni amputauit: tm̄ in bello vulnus mortis recepit ⁊ hereditatē puelle queſiuit. ⁊ tercia die eſt defunctus. Puella per dies multos mortem eius planxit. arma eiꝰ ſanguinolenta pendebat in camera. ⁊ ſepius viſitauit ea. ⁊ quotiens ea vidit amare fleuit. Multi nobiles ad eā venerunt vt eam in vxorem haberent multa ꝓmiſerūt. ſed anteq̄ alicui cōſēſum daret camerā intrauit vt arma diligēter reſpiceret. ⁊ dixit. O domine pro meo amore mortuus es. hereditatem meā mihi reſtituiſti: abſit hoc a me vt alteri cōſentirem. Deinde foras exiuit et dixit. votum deo voui nunq̄ viro copulari. Illi hec audientes receſſerunt. ⁊ ſic toto tēpore vite ſue remanſit in caſtitate

## Moralizatio.

Cariſſimi.

Ex iſte eſt pater celeſtis. filia taꝫ pulchra eſt anima ad dei ſimilitudinem creata: cui regnum paradiſi dabatur. ſed ꝑ ſuggeſtionem ducis id eſt dyaboli illud amiſit. ⁊ eſt deflorata quando de pomo comedit. Deinde ſedebat in platea. hoc eſt in mundo Unde in ſudore vultꝰ

tui. ⁊c. Que a tranſeũtibus elemoſinā
petebat. i. a quattuor elemētis grām dei
expectabat. Miles qui iuxta eā equita
bat erat filius dei: qui in equo hũanita
tis mundũ intrauit. et hũano generi cō
patiebatur. Tu homo firmiter in bap
tiſmo promiſiſti: nullũ virum preter eũ
accipe. Et ideo armauit ſe armis hũa-
nitatis ⁊ belllum contra diabolum pro
te dedit. victoriam obtinuit tñ vulnus
mortis pro te accepit ⁊ nrām heredita
tem nobis acquiſiuit. Fac ergo tu ſicut
fecit puella. arma ſanguinolenta in ca-
mera cordis tui habeas. i. ſemꝑ memo-
riam recentem de xp̄i paſſione quā pro
te ſuſtinuit in cruce. ⁊ ſi venerint alique
temptationes per dyabolum mundum
⁊ carnem: curre ad chriſti paſſionē. re-
cole quomodo pro tuo amore mortem
ſuſtinuit in cruce. ⁊ ſic temptationes ſu-
perabis ⁊ vitam eternam obtinebis

De excuſatione in extremis non ha
benda. Capitulum. lxvij

Maximianus regnauit prudens valde In
cuius regno erant duo mili
tes. Unus ſapiens alter ſtultus: q mu-
tuo ſe dilexerunt. Ait ei ſapiens. Nun-
quid tibi placet vnam cōuentionē me-
cum ponere ⁊ erit nobis vtile. At ille.
Mihi bene placet. Qui ait. Sangui-
nem quilibet de brachio dextro emittat
ego tuũ ſanguinē bibam ⁊ tu meum ꝙ
nullus alium dimittet nec in proſperita
te nec in aduerſitate. ⁊ quicquid vnus
lucratus fuerit alter dimidietatem ha
beat. Ait ille. Mihi bene placet. Sta-
tim cum ſanguinem traxiſſent ambo ſā
guinem alterius biberunt. Hoc facto ī
vna domo ſemper remanſerunt Rex ve
ro duas ciuitates fecerat: vnam in ſum
mitate montis, ⁊ ꝙ omnes ibidem ve
nientes copiam theſauri haberent. et
ibidē toto tp̄e vite ꝑmanerēt. Ad iſtaꝫ
ciuitatē erat via ſtricta ac lapidoſa. ⁊ in
via tres milites cũ magno exercitu ma
nebant. Et oēs ꝑ viā illā trāſeũtes oꝑ
teret vt ꝯ eos pugnarent. aut oīa cum
vita ſua amitterent. In iſta etiaꝫ ciūtate
rex quendā ſeneſcallũ ordīauit qui ōnes
indifferēter intrātes reciperet ⁊ ſcḋm ſtatũ
ſuũ ꝯditiones laute miſtraret. Aliā cita
tem fecit fieri in valle ſub monte illo ad
quam ciuitatē erat via plana ac ad am
bulandũ delectabilis. Tres milites in
via iſta iacebant: qui oēs trāſeũtes gra
tanter receperũt ac miſtrabant ꝑ eoꝝ vo
luntate. In iſta ciuitate quendaꝫ ſeneſ
callum ordinauit vt oēs ciuitatemītrā
tes aut appropinquātes indifferenter ī
carceraret. ⁊ in aduentu iudicis omnes
ei preſentaret. Judex vero nulli parce
ret. Ait miles ſapiens ſocio ſuo. Cariſ
ſime pergamus per mundum ſicut cete
ri milites ⁊ poterimus multa bona ac
quirere per que honeſte viuemus Qui
ait. Mihi bene placet. Ambo per quan
dam viam perrexerunt quouſqꝫ ad quō-
dam biuiũ peruenerũt. Ait ſapiēs. Ca
riſſiē ſicut vides hic ſunt due vie Una
ad ciuitatē nobiliſſimā dirigit. Si per
illā ꝑgimꝰ ad citatē illā ꝑueniemus: in
qua habebimus quicquid cor nr̄m deſide
rat. Alia ē via que ducet ad aliā citateꝫ
q̄ eſt in valle ꝯſtructa ⁊ ſi ꝑ eā ābulemꝰ
capti erimꝰ ⁊ īcarcerati ac iudici pn̄tati.
⁊ ꝑ eũ in patibulo ſuſpenſi. Conſulo ergo
vt viā iſtam dimittamus ⁊ ꝑ aliā ābu
lemus. Ait miles ſtulto. Kme de iſtis
duabus citatibus dudũ eſt quod audi
ui: ſꝫ via ad citatē ſuꝑ mōtē ē ſtricta val
de ac ꝑiculoſa: quia ī ea iacēt tres milites
cũ exercitu qui oēs intrātes expugnāt
occidũt ⁊ ſpoliāt. ſꝫ altera via ē ſatiſ
plana in qua ſunt tres milites q oēs in
trantes benigne recipiunt ⁊ ibi oīa ne-

ceſſaria inueniũtur. Et hoc ſatis aperte
video. ⁊ ideo magis oculis meis credo
ꝙ̄ tibi. Ait ſapiens. Licet vna via ad ã
bulandũ ſit mala: tñ alia ĩ reſpectu quo
ad ſuũ terminuꝫ eſt peior: qꝛ ducet nos
ad eternũ obprobriũ. ⁊ ducti erim⁹ ad
patibulũ. Si per viam ſtrictam ꝓpter
pugnam ⁊ latrones times ãbulare: eſt
tibi obprobriũ ꝑ perpetuo qꝛ miles es
tu. ⁊ militibus incũbit ꝯtra hoſtes pug
nare. Aliud eſt. ſi mecũ volueris ꝑ iſtaꝫ
viam pergere: firmiter ꝓmitto añ te ad
bellum pergere. ⁊ quotquot ſunt pene/
trabis ſi velis me iuuare At ille. Amen
dico tibi. per viam illam nolo pergere.
ſed potius per iſtam. Ait ſapiens. Ex q̄
fidem meam tibi dedi. ⁊ in ſignum fide/
litatis ſanguinē tuũ bibam ſolum non
derelinquo te ambulare tecum pergã.
Ambo per eandem viam ambulauerũt
Multa ſolacia ſcd̓m voluntatem eoruꝫ
inuenerunt per viam donec ad hoſpici/
um trium militum venerunt: qui ſatꝭ ho
norifice ſunt recepti ac ſplendide mini/
ſtrati. In qualibet refectione miles ſtul
tus ſapienti dixit. Cariſſime: nōne tibi
predixi. Ecce quot ⁊ quanta habem⁹ ſo
lacia in iſta via. de omnib⁹ hijs in alia
via defeciſſemus Ille rñt. Si finis bo
nus eſt totũ bonũ erit quod non ſpero.
Cum illis militibus per aliqua tempo
ra morã traxerunt. Seneſcallus citatis
audiens ꝙ duo milites contra ꝓhibi/
tionē regis ꝓpe ciuitatem eſſent: ſtatim
ſatellites ſuos ibi miſit: qui eos caperent
⁊ ad ciuitatē ducerent. Seneſcall⁹ vi/
dens vnũ ſtultum illum ligatis manib⁹
⁊ pedibus in quandã foueã ꝓijci iuſſit.
⁊ aliũ incarcerauit. Cũ vero iudex ad ci
uitatem veniſſet oēs malefactores cita/
tis in conſpectu eius ſunt preſentati. ⁊ i
ter ceteros iſti duo milites. Ait ſapiēs
miles coraꝫ iudice. Dñe: de ſocio meo
ꝯqueror: qꝛ ipē eſt cã mortis mee. Legē
iſtius ciuitatis predixi ⁊ ꝑicula. nullo mo
do volebat dictis meis credere nec acq
eſcere ⁊ conſilijs meis adherere. ſed mi
hi rñt. Plus credo oculis meis ꝙ̄ dic
tis tuis. Cum vero fide ac iuramento ad
inuicem ligati tam in proſperitate ꝙ̄ i
aduerſitate eramus: ideo qñ ipm ſoluꝫ
vidi pergere. ꝓpter iuramentũ cum eo
ambulaui. ⁊ ideo cauſa mortis mee iſte
eſt. Da ergo rectũ iudiciũ. Ait alter mi
les ſtultus iudici. Ipſe cã mortis mee
eſt Conſtat toti mundo ꝙ ipē eſt ſapiēs
⁊ ego naturaliter ſtultus Unde per ſapi
entiam ſuam non tam leuiter debuiſſet
adheſiſſe ſtulticie mee. Sed qñ ſolus ã
bulaui ſi ille inſecutus me non fuiſſet e/
go per viam per quam volebat ambula
re reuerſus fuiſſem ⁊ ſecum ambulaſſē
ꝓpter iuramentũ quod ei preſtiti Et iō
cum ipſe ſapiens ſit ego vero ſtultus ip
ſe eſt cauſa mortis mee. Ait iudex ambo
bus. ⁊ primo ſapienti. Tu ſapiens: qꝛ
tam leuiter ſtulticie ſue adheſiſti ⁊ ſecu/
tus es eum. Et tu ſtulte quia dictis ſa/
pientis non credidiſti ſed propriã ſtul
ticiam perpetraſti: vos ambos in pati/
bulo ſuſpenſuros hodie iudico. Et ſic
factum eſt.

Moraliſatio

Cariſſimi.

Ex iſte eſt do
minus nr̄ ihũs xp̄s duo mi
lites aĩa ⁊ corpus. Aĩa ē ſa
piens. corpus eſt ſtultus. Iſti duo in
bapuſmo erant confederati adinuiceꝫ
ꝙ quilibet ſanguinem alterius biberet.
Sanguinem alterius bibere eſt quem/
libet pro alio in periculo ſe ponere. vt
ſi caro ſuas voluptates voluerit habere
prius debet anima per penitentiã eã con
ſumere: ꝙ̄ cum carne in tali periculo ſe
ponere. Si vero aĩa quod abſit labo
rat: caro debet pro ea ieiunijs ⁊ vigi/

liȷs pati. Et hoc eſt ſanguinem alterius
bibere: nunq̄ʒ alium ī neceſſitate dimit
tere. Due vie ſunt per quas veniunt.
Una eſt penitentia. Alia mundi gloria.
Due ciuitates. vna in monte: hoc eſt ce
lum ſuper firmamentum. Alia in valle.
hec eſt infern⁹. Ad celum eſt via ſtricta
ſicut via penitentie. ⁊ pauci ambulant
eam. In iſta via ſunt tres milites. ſ. di
abolus. mūdus ⁊ caro. q̄ quicūq̄ʒ volu
erit ad celum pergere debet contra iſtos
pugnare. ⁊ p̲ viā penitentie ambulare
In iſta ciuitate eſt quidam ſeneſcallus
lʒ deus qui oīa omnibus ſcōm merita
ſua affluenter dat. Unde btūs Greg⁹.
In cor hoīs n̄ aſcendit ⁊c̄. In via v̄ſus
infernū ſunt tres milites. ſ. ſup̄bia vite
cōcupiſcentia oculorū. ⁊ cōcupiſcentia
carnis. ꝓpter que tria peccator inuenit
corpori ſuo delectabilia pro tp̄e. Via ver
ſus infernū eſt plana ad ambulandum
Sed anteq̄ʒ homo percipiat: ſeneſcal
lus. ſ. mors emittit exploratores. ſ. iſir
mitates que eū capiant q̄ñ anima inter
in inferno incarcerabitur: corpus ligat
⁊ in ſepultura ponitur. Sed in die iu
dicij cū dominus apparuerit iudicare vi
uos ⁊ mortuos: tunc aīa contra corpus
⁊ econuerſo corpus contra aīam allega
bit: ⁊ iudex. ſ. deus ſententiā dabit. ſi ī
peccato inuenti fuerimus ſine dubio ad
infernū ibimus. A quo nos defendat q̄
ſine fine viuit et regnat.

De nō ſubticenda veritate vſq̄ʒ ad mor
tem. Capitulū. lxviij.

Gordianus re
gnauit. In cuius regno erat q̄
dam miles generoſus qui pulchram vx
orem habebat: que ſub viro ſepius eſt
adulterata. Accidit ſemel q̄ marit⁹ ad
peregrinandum perrexit. Illa vero in
continenti vocauit amaſium ſuum. Do
mina illa quandam ancillam habebat:
que cantus auium intellexit. Cum ve
ro amaſius veniret: erant tunc tempis
tres galli in curia. Media nocte cum a
maſius iuxta dominam iacuiſſet prim⁹
gallus cantare cepit. Domina cum hoc
audiſſet ait ancille. Dic mihi cariſſima
quid dicit gallus in cantu. Illa reſpon
dit. Gallus dicit in cantu ſuo: q̄ tu fa
cis iniuriam domino tuo. Ait domina:
Occidatur gallus iſte. Et ſic factum ē.
Tempore debito poſt hec ſecundus gal
lus cantauit. Ait domīa ancille. Quid
dicit gallus in cātu ſuo. Ait ancilla So
cius meus mortuus eſt pro veritate. et
ego paratus ſum mori pro eius verita
te. Ait domina. Occidatur gallus. Et
ſic factum eſt. Poſt hec tercius gallus
cantauit. Domina cum audiſſet: dixit
ancille Quid dicit gallus in cantu ſuo
Illa reſpondit. Audi vide tace ſi tu vis
viuere pace. Ait domina. Non occidat
gallus iſte.

Moralizatio.
Cariſſimi.

Ste imperator eſt
pr̄ celeſtis. miles xp̄s vxor ei⁹ aīa p̲ bap
tiſmum deſponſata. Ille qui eam ſedu
cit eſt diabolus qui per mūdi fallacias
decipit. Unde quotiens peccato cōſen
timus adulteramus chriſto Ancilla eſt
tua conſcientia que contra peccatū mur
murat ⁊ continue hominem ad bonuʒ
ſtimulat Primus gallus qui cantauit
certe chriſtus eſt qui primo contra pec
catum arguebat hoc videntes iudei ip
ſum occiderunt. Et ſimiliter nos ipſuʒ
occidimus quantuʒ in nobis eſt q̄ʒ diu
in peccatis delectamur. Per ſecunduʒ
debem⁹ martires intelligere. Sic erāt
⁊ alij multi qui viā ⁊ doctrinā ei⁹ p̄dica
uerūt ideo p̲ xp̄i noīe ⁊ veritate necati

ſunt. Per tercium galluȝ qui dixit. Au
di vide. ⁊c̄. poteſt intelligi predicator q̇
debet eſſe ſolicitus veritatem pronunci
ando. Sed diebus iſtis non audet ve-
ritatem dicere qui pacem cupit habere
Studeamus ergo magis deum timere
veritatem pronunciando. ⁊ ſic ad chri-
ſtum qui eſt veritas veniemus.

De caſtitate. Capitulum. lxix.

**Allus regna**
uit prudēs valde: qui quon
dam palacium conſtruere
volebat. Erat tunc in imperio quidam
carpentarius ſubtilis valde: cum quo i-
perator pro conſtruendo palacio cōue
nit Tunc temporis erat quidam miles
in regno qui pulchram filiam habebat.
Videns prudentiam carpentarij intra ſe
cogitabat filiam meam ei in vxoreȝ da-
bo quia per ſapientiam ſuam ⁊ artem ſa
tis laute eam promouebit. vocauit euȝ
⁊ ait ei. Cariſſime pete a me quid tibi
placuerit ⁊ tibi dabo. Si mihi poſſibi-
le ſit ita vt filiam meam in vxorem acci
pias. At ille. Mihi bene placet. Cōue
nerunt in vnum. Carpentarius eam in
vxorem duxit Hoc facto mater filie ge
nerum ſuum vocauit ⁊ ait ei. Fili mi iā
filiam meam in vxorem duxiſti. Ecce
iſtam camiſiam dabo tibi: quam ⁊ ſatis
pulchram oſtendit ⁊ ait: Camiſia iſta v-
tutem habet ꝙ nunqꝫ toto tempore vi-
te tue lotione indiget: nec frangi pōt nec
conſumi. nec colore mutari: quam diu
inter te ⁊ filiam meam ſit amor fidelis.
Si vero quod abſit aliquis ex vobis
matrimonium violauerit: ſtatim cami-
ſia omnes eius virtutes amittet. Carpē
tarius hec audiens gauiſus eſt valde.
Camiſiam recepit ⁊ ait. O mater qꝫ p̄
cioſum iocale mihi dediſti: iam nullus
noſtrum poteſt matrimonium violare.

quin per camiſiam ſcietur perfectiſſime
Poſt hec infra paucos dies carpentari
us ad palaciū regis eſt vocatus: vt no
uū palaciū ꝯſtrueret. camiſiā ſecū aſſū-
pſit. vxorem in domo dimiſit. cuȝ rege
morā traxit quouſqꝫ palaciū ꝯpletū fu-
it. Cū in laborando fuiſſȝ admirabātur
multi ꝙ camiſia ſua ſemꝑ ī cādore ⁊ mū
dicia ꝑmanſit: ait rex ad eū. Magiſter
rogo vt dicas mihi quō hoc potuerit eē
ꝙ cū in ꝯtinuis laboribꝫ ꝑmanes ⁊ cami
ſia tua ſine lotione ⁊ īmūdicia in albedi
ne maneat. Ait ille. Scias cariſſiē dn̄e
ꝙ qꝫdiu ego cum vxore ſumꝰ fideles ī
amore: camiſia mea non indiget lotioē
ſed ſi mr̄imoniū eſſet inter nos violatum
camiſia ſicut ceteri panni lotione indi
geret Miles cū hoc audiſſet intra ſe co
gitabat ſi potero camiſiā tuam lauari fa
ciam. Perrexit ad domū carpentarij ip
ſo ignorante vt eius vxorem ad peccatū
ſollicitaret: Illa vero gratanter eū rece
pit. De amore īordinato eā pulſauit:
Que ait. Amor talis locū priuatū re
quirit. veni mecū. ⁊ illum in camerā in
troduxit. Cū aūt introductus fuiſſet illa
exiuit: oſtium clauſit ⁊ dixit. Ibideȝ ex
pectabis quouſqꝫ tempus habuero qn̄
te liberare debeo. Dn̄a iſta ſingulis die
bus eū viſitauit ac pane ⁊ aqua ſuſtēta
uit. Ille vero p̄ces fundebat vt eum di
mitteret abire: ſȝ illa nō ꝯſentiebat Pꝰ
hec cito duo alij milites ad eā venerūt
de curia regis quilibet poſt aliū vt eam
corrūperent ſed eis nihil valuit. Illa ī
eadē camera eos incluſit: pāe ⁊ aqua ſu
ſtentauit. Per multos dies ibi ſtabant
De iſtis tribꝫ militibꝫ facta ē queſtio ⁊
cōmotio in domo regis quo deuenerūt
Palacio ꝯſummato carpentariꝰ accep
ta mercede domū venit. vxor eius non
modicū gaudens eū honorifice recepit
⁊ quomō ſe haberet diligenter īquiſiuit
Ille vero bene ꝑ omīa rn̄dit. Illa vero

camiſiam ſuam reſpexit. Videnſq̄ eam ſatis mundam ait. Benedictus deus: apparet in camiſia iſta q̄ inter nos eſt dilectio vera. Qui ſic ait. Cariſſima cum eſſem in palacio conſtruendo: venerūt tres milites vnus poſt alium ⁊ de camiſia mea queſierunt. quo mō ſine loti oē manebat in omni candore: eis veritatē reuli. Poſt hoc quo deuenerūt penit⁹ ignoro. De eorum abſentia facta ē queſtio magna in curia regis. Dixit illa. Dñe illi tres milites de quibus fit ſermo ad me venerūt: multa mihi ꝓmiſerunt ſi eis conſentirez. ſed nullo mō volebam hoc attemptare. eos in camera priuata poſui. ⁊ huc uſq̄ pane ⁊ aqua ſuſtentaui. Carpentarius hoc audiens gauiſus eſt de fidelitate vxoris. ⁊ milites a morte ſaluauit. ⁊ eos libere abire permiſit. ⁊ ambo vſq̄ ad finem vite i vero amore permanſerunt.

Moraliſatio

Cariſſimi.

Rex iſte eſt pater celeſtis: qui palaciū h3 conſtruere. ſ. cor humanū bonis virtutibus plenū: in quo palacio deus delectatur permanere. Juxta illud. Delicie mee ſunt eſſe cum filijs hominū. Miles iſte qui habet pulchrā filiam eſt criſtus qui habet aīam pro filia. vxor eſt ſancta mater eccleſia. Carpentarius eſt bonus xp̄ianus qui iſtam filiam in vxorem cuȝ camiſia accepit. Camiſia iſta eſt fides noſtra. q2 vt ait apl's. Sine fide impoſſibile eſt placere deo. Quādiu manet homo in hac vita in ſanctitate: tam diu fides non violatur. Quid ergo ſequit̄. Certe vt erigas palacium. ſ. cor mūdū per opera mīe. Milites ſunt Superbia vite. concupiſcentia oculorum ⁊ cōcupiſcentia carnis. Iſtos tres milites concludere debes in camera penitentie: quouſq̄ mercedē eternā a rege eterno accipias. Quod nobis preſtare. ⁊c̄.

De cōpunctione fidelis aīe. C.lxx.

Quidam rex erat q̄ filiā pulchram habebat ⁊ prudētē. Quam pater viro tradere volebat. Illa vero votū deo fecerat: q̄ numq̄ virum acciperet quouſq̄ tria perpetraret. Primū erat q̄ diceret veraciter quot pedes in longitudine ⁊ latitudine ac profunditate quatuor elemētorum eſſent. Secundo q̄ ventū ab aquilone mutaret. Tercium q̄ ignē in gremio ſine leſione iuxta carnem portaret. Rex cum hec audiſſet fecit iſta ſaper totum regnum promulgari. ⁊ ſi q̄s ſine defectu iſta perpetraret filiam eius in vxorem haberet. Multi venerunt ſ3 defecerūt. Erat quidam miles i partibus longinquis: qui cum de voto puelle audiret ad palaciū regis venit: duc enſq̄ ſecum famulum vnum ⁊ equuȝ furibundum. coram rege temptauit et ait. Domine mi rex. Filiam tuam peto in vxorem: quia paratus ſum iſta tria ꝓmulgata ſoluere. Ait rex. Mihi bñ placet. Miles vero famuluȝ ſuum vocauit ⁊ ait ei. In terra iaces. cum vero ſic iaceret. miles a capite vſq̄ ad pedes mēſurauit. Hoc facto ait regi. Ecce domine in quatuor elementis vix vltra ſeptem pedes inuenio. Ait rex. Quid hoc ad quatuor elementa. Et ille. Domine quilibet homo ⁊ omne animal ex quatuor elementis componitur. Et ſic per famulum ſuum quatuor elementa menſurauit. Ait rex. Amen dico tibi Satis clare probaſti. Jam ad ſecundum procedamus. Muta ventum. ⁊c̄. Ille ſtatiȝ equum furibundum adduci fecit. Cui potionem ad guſtandum dedit: de cuius potione factus eſt totaliter ſanus. Hoc vero facto caput equi in oriente

ponebat et ait. Ecce domine ventus eſt
mutatus ab aquilone verſus orientem.
Ait rex. Quid hoc ad ventum. Ait ille
Nonne conſtat veſtre prudentie ꝙ vita
cuiuſlibet animalis non eſt niſi ventus
quem equus patiebatur malum tā diu
erat in aquilone. Sed iaꝫ ex virtute po
tionis ſanus factus eſt: caput eiꝰ ad ori
entem poſui vt ſit paratus onus portare
Ait rex. Satis clare probaſti Iā ad ter
cium procedamus. Ait ille. Domīe pa
ratus ſum coram omnibus adimplere.
Manus ſuas prunis ardentibus reple
uit ⁊ in ſinu poſuit. Et caro eius nequa
q̄ꝫ eſt leſa. Ait rex. Satis bene duo alia
probaſti: ſed dic mihi quomō glebe nō
ledunt te. Ait ille. Non virtute mea ſꝫ
ex virtute lapidis quem mecum conti-
nue porto. Quicunqꝫ illum lapidē ſe-
cum in loco mundo portauerit nūq̄ꝫ ab
igne ledi poterit. Ecce lapis. ⁊ lapideꝫ
coram oībus oſidit. Ait rex. Probabi
liter iſta tria probaſti. nuptias ordīauit
filiam ſuam cum diuitijs multis ei de-
dit in coniugem. ⁊ ambo in vita bōa di
es ſuos finierunt

Moraliſatio

Cariſſimi.

Iſte rex ē do
minus noſter ihesus xpus.
Filia tam pulchra anima ad dei ſimili-
tudinem creata que deo in baptiſmo vo
tum fecerat ꝙ nunq̄ꝫ viro coniungeret
niſi tria perpetraret. Primū ē ꝙ mē
ſuraret. ⁊c̄. hoc eſt famulū tuū. i. carnem
tuā menſurare debes quantū deliquit ⁊
pro oī delicto penam agere. elemēta mē
ſurare. ſ. carnem tuam domare. Se
cundum eſt mutare. ⁊c̄. equus furioſus
eſt peccator qui in peccatis permanet vn
de oportet ei potionem dare. ſ. vt cōtri-
tionem habeat in corde. confeſſionem ī
ore. ſatiſfactionem in opere. Et hoc ē vē
tum mutare. Unde Job. Tanq̄ꝫ ventꝰ
in vita mea. Tercium eſt igneꝫ ſine
leſione portare Ignis luxurie. auaricie
ſuperbie. ⁊c̄: que ſepe animam ⁊ cor-
pus conſumūt. ſed ſi deſideras vt ignis
iſte te non ledat oportet vt lapidem ī lo
culo. i. dominum noſtrum ihesum chri
ſtum in corde habeas per opera merito
ria. ⁊ ſi munde portaueris: nunq̄ꝫ ignis
alicuius peccati ledet te ⁊ per ꝯſequēs
vitam eternam obtinebis.

De remuneratione eterne patrie
Caplm̄. lxxi.

Quidam rex erat:
qui cōui-
uiū magnum fecerat: deīde
per totum regnum precones deſtiabat:
vt preconizarēt conuiuiū: videlicet vt
omnes cuiuſcunqꝫ conditionis ad cōui
uiū venirent. ⁊ non tantum conuiuiū bo
num haberent: ſed ⁊ diuitias infinitas
obtinerent. Cum autem precones per
regna ⁊ caſtra ambularent preceptū re
gis promulgando: erant tunc duo ho-
mines in vna ciuitate manentes. vnus
fuit fortis et robuſtus ſed tamen cecus.
alter claudus ⁊ debilis ſed optime vi-
derat. Dixit cecus claudo. Cariſſīe heu
nobis duobus per totum regnū diuul-
gatum eſt ꝙ rex tali tempore optimum
conuiuiū tenebit: ad quod non tantum
quilibet habebit cibaria pro ſua volūta-
te ſed diuitias magnas recipiet. Tu ve
ro es claudus. ego vero cecus: ad illud
cōuiuiū poterimꝰ ne accedere. Ait clau
dus Si conſilium meum feceris ambo
ibidem veniemus. ⁊ diuitias ⁊ conuiuiū
ſicut ceteri obtinebimus Reſpondit ce
cus. Omne conſilium quod eſt nobis
vtile ſum paratus adimplere. Ait clau-
dus. Tu es fortis ⁊ robuſtus in corpo
re: ego vero debilis: quia claudus. me
ſuper dorſum tuum portabis. ego vero
te in viam dirigam: qꝛ ſatis clare video

et ſic ambo ad ꝯuiuiū veniemus ⁊ mer
cedē ſicut ceteri obtinebim⁹. Ait cecus
amen dico tibi optimū conſiliū eſt ſtatī
aſcēde dorſum meū Et ſic factū eſt· clau
dus viam ei oſtendit ⁊ ipſe eum porta/
uit. Et ſic ambo ad conuiuiū venerunt.
⁊ diuitias inter alios receperunt.

Cariſſimi. Moralizatio

## Ste rex ē do

minus noſter Jheſus xp̄s.
qui pro oīb; nobis vitam eternā prepa
rauit. Juxta illud. Erat quidam homo
qui fecit cenam magnā. Ad illud cōui/
uium multi ſunt vocati. ⁊ qui ibidē acce
dit diuitias eternas poſſidebit. Cecus
iſte eſt quilibet diues ac potens hui⁹ ſe
culi qui fortis eſt ⁊ potēs in corpore. i.
diuitijs ⁊ mūdi potentia. Tū ceci ſunt
quantū ad vitam eternam. Jgnorāt ea
q̄ ſunt ſalutis ſicut talpa bene videt ſub
terra ⁊ habet multa diuerticula ſed ſup̄
cecus efficitur nec ſcit ſeipſum iuuare.
Sic ⁊ diuites ſatis clare vident in tem
poralib;. ⁊ ceci ſunt in ſpūalib; Claud⁹
vero eſt bonus religioſus qui claudicat
in vtroq; pede ſc; nihil in cōmuni aut
ꝓprio poſſidere tamen videt talis ſatis
clare viam verſus conuiuiū eternū Si
ergo vos diuites ac mundi potentes in
tenditis ad illud ꝯuiuiū accedere ⁊ pre
mia ibidē accipere neceſſe vobis erit re
ligioſos ac ceteros pauperes ſup̄ dorſa
veſtra portare Sed diligēter eſt aduer
tendu; quō diuites debent portare pau
peres. Certe elemoſinas eis dando. in
eorꝫ neceſſitatib; ſubueniendo. hoc eſt
paupes portare ⁊ fidel'r viris eccl'iaſticis
decimas dare Si ſic feceritis: nos viri
religioſi tenemur vobis viā ſalutis oſtē
dere quō poteritis ad vitā eternā perue/
nire. Precones qui illud conuiuiū cla
mabāt ſunt ſacre pagine doctores. ſ. p̄
dicatores ⁊ cōfeſſores q̄ habent nos in
ſtruere publice ⁊ priuate quō ad eternū
conuiuiū poterimus peruenire.

De igratoꝝ trucidatōe Ca. lxxij

## Egitur de quo/dam

rege qui filium vnicū habe
bat. Quē multum dilexit
ac tenerrime nutriuit. Cum autē puer
ad etatem legitimā perueniſſet: de die
in diem regem impulſabat vt regnū ei
dimitteret eo ꝙ impotēs eſſet ⁊ ipē po
tens. Rex vero ait. Kariſſime ſi ſecur⁹
eſſem ꝙ me beniuole ⁊ cum honore trac
tares toto tempore vite me tibi illō cō
cederem ⁊ omnem humanitem quā pa
ter tenet filio tibi pſtarē. At ille. Dn̄e
coram ſatrapis ⁊ nobilib; imperij iura
mentum preſtabo ꝙ nullum defectum
habebit; ſ; in maiori honore q̄ƺ meip̄m
vos habebo Rex vo credens dictis ei⁹
regnu; ei dedit ⁊ nihil ſibi ipſi retinuit
Cum vero coronatus eſſet ⁊ in ſolio po
ſitus vltra q̄ƺ credi poteſt cor eius ē ele
uatum per aliquos ānos patrem ſuū in
honore habebat ⁊ poſt hoc nec aliqua
bona ei dedit. Jlle vero cepit ſapiētib;
regni cōqueri ꝙ filius eius pactum nō
tenebat. Sapientes vero qui ſemp̄ eū
dilexerunt regē arguebant ꝙ male pa
trem ſuum tractaret. Rex hoc audiens
furore repletus patre; ſuum in quodā
caſtro recluſit. vbi nullus acceſſum ha
bere poterat ad eum Jn quo loco famē
⁊ multas miſerias patiebatur. Accidit
eode; tempore ꝙ rex in eodem caſtello
pernoctabat. Pater vero ad eum acceſ
ſit ⁊ ait. O fili miſerere patri tuo ſeni
qui te genuit ⁊ omnia dedit in hoc loco
famē ⁊ ſitim patior iam ſum in graui in
firmitate poſitus. ⁊ hauſtus vini me cō
fortar;. Ait rex. Jgnoro ſi ſunt vina in
iſto caſtro. Ait ille Jmmo fili quiq; do
lia vini ſunt in caſtro ⁊ ſine ſcitu veſtro
ſeneſcallus huius caſtri non audet per/

forare ea ⁊ mihi hauſtum dare. rogo fi
li des mihi de primo dolio Ait rex Nō
faciam quia muſtum eſt nec valet ꝑ ſe
nibus At ille dixit. Des mihi ergo de
ſecundo dolio. Qui ait. Hoc non faciā
ꝗ ꝑ corpe meo cuſtodiam ⁊ pro iuueni
bus qui mecū ſunt. At ille. Des mihi
ḡ de tercio. Qui ait. Nō faciaꝫ quia vi
num forte eſt ⁊ tu es debilis ⁊ infirmꝰ:
poſſet eſſe cā mortis tue. Ait ille. Des
mihi de quarto dolio. Qui ait. Non fa
ciam quia nimis vetus ⁊ acetoſum eſt ⁊
non multum valet. ⁊ precipue pro com
plexione tua. Ait pater. Fili des ergo
mihi de qnto dolio. At ille. Abſit a me
quia feces ſunt. ſatrape regni mihi īpo
nerent ꝙ te occidiſſem ſi feces tibi de/
diſſem Pater hec audiens ab eo tri
ſtis receſſit ⁊ ſtatiꝫ occulte ſatrapis reg
ni litteram ſcripſit quō filius eius eum
tractabat vt ꝓpter deum eum a tali mi/
ſeria ſubleuarēt. Satrape omnes ei cō
patiebantur. Statim regem receperūt
⁊ patrem ſicut prius regem cōſtituerūt
Filium ſuū in carcerem poſuerunt. vbi
propter miſeriam defunctus eſt.

Cariſſimi Moralizatio

# Ex iſte ē do

minus noſter iheſus xp̄us.
Filius quilibet criſtianus: quem tener
rime diligit: ꝙdiu homo in puritate vi
te manet Omnia homini dedit que ho
mo habet. ⁊ ipſe factus eſt pauper. ſcḋm
ꝙ teſtaᷓ ſcriptura. Vulpes foueas ha/
bent ⁊c̄. Sed cotidie criſtus famē ⁊ ſiti
patitur. Hoc eſt in ſuis mēbris ſcilicet
pauperibus ⁊ debilibus. Unde ſcriptū
eſt. Qd̄ vni ex minimis meis feciſtis:
mihi feciſtis. Et cuꝫ deus petit a nobis
hauſtū vini de p̄mo dolio doliū illud ē
puericia noſtra quam deus a nobis re/
quirit vt ei ſeruiamus in puericia. Pu
er vero malus reſpondit. Iuſtum eſt.
hoc eſt puer ſum. Nō poſſum ieiunare/
orare. in dei ſeruitio vigilare. Demum
deus a nobis requirit vt demꝰ ei ſecūdo
dolio. Reſpōdit malus filius. Non poſ
ſum dare iuuentutem meam deo ſerui/
endo. quia tunc mundus deridet me di
cens. Ecce ille iuuenis ſtultꝰ homo nō
vult conuerſari cum hominibus Et ſic
iuuentutem meam mecum retinebo. co
medendo. bibendo. mundo ſeruiendo.
Demū deus requirit a nobis de tercio
dolio. Reſpondit malus filius: Vinuꝫ
forte ē hoc ē iam ſum in fortitudīe mea
ſi penitētiam facerem: fortitudinē meaꝫ
diminuerē Ad bella ⁊ ad haſtiludia vo
lo accedere ⁊ ea que mūdi ſunt exercere
ac poſt fortitudinem penitentiam agere
Deus videns quia de iſtis tribus dic/
tis doliꝭs nihil poteſt habere: querit de
quarto dolio hauſtum vnum. Reſpon
dit malus filius. Vinum nimis vetus
⁊ acetoſum eſt. hoc eſt dictu iam ſum ſe
nex iam non poſſum ieiunare vigilare.
quia natura mea eſt debilis. Demū de
us querit de quīto dolio vnum hauſtū
Reſpondit malꝰ filius. feces ſunt Hoc
eſt dictu. heu mihi decrepitus ſum defe
cit ſalutare meum. Dum bona pōtero
facere non feci. modo ſum impotens. ⁊
talis ſepe cadit in deſperationem Et ſic
moritur homo miſer. Contra tales erit
querimonia grauis. ⁊ tūc in die iudicij
deus cum tota curia celeſti ſententiam
dabit dicens. Ite maledicti in ignem
eternum quod paratum eſt dyabolo ⁊c̄
A quo nos liberare dignetur qui ⁊c̄

Auaricia mltos excecat Ca. lxxiij

# Ex quidā in ci/uitate

romana erat q̄ ſtatutū ꝙ qli
bet cecus ab īperatore oī an
no centum ſolidos haberet. Accidit ca/
ſus ꝙ. xxiiij. ſocij ad ciuitatem venerūt
⁊ quandam tabernam intrabant ꝓpter

potatiõem. Iſti enĩ per ſeptem dies ſta
bant bibendo ⁊ comedendo deinde cum
volebant cum tabernario ꝯputare: quic
quid in pecunia haberent tabernario de
derũt. At ille Certe cariſſimi adhuc de
ficiunt. C. ſolidi. Amen dico vobis nõ
exibitis donec vltimũ quadrantẽ mihi
ſolueritis Illi hoc audientes: adinuicẽ
dixerunt. Quid faciemus: non habe-
mus ſoluere: Ait vn⁹. Dabo vobis ſa-
num conſilium. Per imperatorem lex
edita eſt ꝙ quicunqꝫ eſt cecus. C. ſoli-
dos de eius theſauro obtiebit. ponam⁹
inter nos ſortes ⁊ ſuper quẽ ſors cadit
eius oculos eruamus ⁊ tunc ille ad pa-
latium poterit accedere ⁊. C. ſolidos ob
tinere ⁊ nos oĩes quitare. At illi. Op
timum eſt conſilium. Inter ſe miſerunt
ſortem ⁊ ſuper illum qui cõſilium dede
rat cecidit. ſtatim excecabant eũ ⁊ duxe
runt eum ad palatium. Pulſabant ad
ianuam. Janitor cauſam pulſatõis q̃ſi
uit. At ille. Ecce eſt vnus cecus qui be-
neficium legis petit. Ait ianitor Seneſ
callo hoc dicam. Acceſſit ad ſeneſcallũ
⁊ ait. Stat vnus cecus ad portam qui
beneficium legis petit. At ille. Uadam
ad eum ⁊ eum videbo. Cũ autem cecũ
vidiſſet eum intime reſpexit Quem cũ
cõſideraſſet ait ei. Cariſſime quid petis
Et ille. Centum ſolidos ſcđm legem.
Qui ait Amẽ dico tibi heſterna die vi
di te in taberna duos oculos ſatis cla-
ros habentem tu male legem intelligis
Lex eſt edita ꝙ quicunqꝫ ex ĩfirmitate
vl' ex caſu aliꝗ̃ cecus fuerit cõtra quẽ ca
ſum nõ poterit ſe defendere: talis bene
ficium legis obtinebit. Sed tu volũta
rie deleuiſti oculos tuos ⁊ in taberna bi
biſti ⁊ conſilium hoc dediſti vt cecatus
eſſes quere ergo alibi ſolatiũ quia nul
lum obulum obtinebis. Ille vero hoc
audiens cum confuſione a palacio re-
ceſſit

Moralizatio

Cariſſimi.

Alis ẽ lex dei ꝙ quicunqꝫ ignoranter aut
ex infirmitate peccauerit aut tẽptatione
dyabolica: ſi contritus ⁊ confeſſus fue
rit: Juxta illud. In quacunqꝫ hora pec
cator ⁊c̃. de⁹ ſibi pctã remittet. quilibꝫ
peccator inquãtum peccator. eſt cecus.
Si vero aliquis ex pura malicia ſine cã
peccauerit ⁊ poſtea deſpatõeꝫ ĩciderit:
vix aut nunq̃ꝫ ei remittet̃ Tabernari⁹ ẽ
dyabolus: qui omnes tales ad taber-
nam infernalẽ recipit qui ſic deſcedunt
Et ideo ſtudeamus.

De proſpectione ⁊ prouidentia
Capitulum. lxxiiij.

Rat quidam rex. qui filium tantum vni-
cum habebat quem teneri
me dilexit. Rex iſte vnum pomum au-
reum fieri fecit in ſumptibus magnis.
Pomo fabricato: rex vſqꝫ ad mortem
infirmabatur vocauit filium ſuum ⁊ ait
Cariſſime ſi non potero de iſta infirmi-
tate euadere ſub benedictõne mea põſt
meum deceſſum vade per regna ⁊ caſtra
⁊ pomum aureum quod feci tolle tecuꝫ
⁊ illi quem magis ſtultum ĩueneris po
mum iſtud ex parte mea dabis. Filius
vero fideliter adimplere promiſit dic-
tum patris Rex vero vertebat ſe ad pa
rietem ⁊ emiſit ſpiritum Filius vero ſa
tis honorifice eum tradidit ſepulture.
Poſt ſepulturam ſtatim pomum acce-
pit. ⁊ per diuerſa regna ⁊ caſtra ambu
lauit. multos ſtultos ĩuenit ⁊ vidit. tã
men nulli eorum pomũ dedit Deinde
perexit ad q̃ddã regnũ ⁊ ad ciuitatẽ pri
cipalẽ illi⁹ regni acceſſit. ꝑ medium ci
uitatis regem equitãtem cũ magno ap
paratu vidit Conditiones illi⁹ regni a

quibuſdā ciuibus queſiuit. At illi dixe
runt ei. Conſuetudo illius regni eſt ta-
lis ꝙ nunq̄ rex inter nos regnabit niſi
vno anno ⁊ finito anno omni honore ⁊
diuitijs p̄uet̄ ⁊ in exiliū ponetur. vbi
mala morte moriet̄. Filiꝰ regꝫ hec audi
ens: itra ſe cogitabat. Jam inueni quē
diu queſiui. Acceſſit ad regem ⁊ flexis
genibus eum ſalutauit. ⁊ ait. Aue rex
Pater meus defunctus eſt. Jſtud po-
mum aureum in teſtamentum vobis le
gauit Rex vero pomum accepit ⁊ ait ei
Cariſſime: quomodo poteſt hoc eſſe:
Rex nunq̄ me vidit nec aliq̄d boni pa-
tri tuo feci. Quare ergo tam precioſuꝫ
iocale mihi dedit. Ait ille Domine mi
rex. pater meꝰ non plus vobis q̄ alteri
pomum legauit Sed ſub benedictione
ſua mihi p̄cepit maiori ſtulto dare quē
potero inuenire Et ſine dubio circuiui
multa regna ⁊ caſtra. ⁊ non inueni tam
magnum ſtultum ⁊ infatuatum q̄ vos.
Jdeo ex precepto patris mei pomū vo
bis dedi Ait rex rogo vt mihi dicas q̄-
re me tantum ſtultum reputas. At ille.
Ecce domine oſtēdam vobis clare. Eſt
cōſuetudo illius regni per totum annū
regnare ⁊ in fine anni omni honore ⁊
diuitijs priuari ⁊ in exilium poni. vbi
mala morte mori oportet. Amen dico
vobis. concludo ex dictis meis ꝙ in to
to mundo non eſt tantus ſtultus ſic vos
ꝙ tam breue tempus regnare debetis ⁊
poſt hoc tam miſerabiliter vitam finire
Reſpondit rex. Sine dubio omnia ve
ra ſunt que modo mihi dixiſti. ⁊ ideo
dum adhuc fuero in mea poteſtate in p̄
ſentī āno bona infinita mittam ante me
in exilium vt dum ibi venero de bonis
illis viuam q̄diu vixero. Et ſic factum
eſt. Jn fine anni regno eſt priuatus ⁊
in exilium poſitus ibi per multos ānos
de bonis illis vixit ⁊ vitam ſuam in pa
ce finiuit.

Moralizatio

Cariſſimi rex
iſte eſt deus qui legauit po
mum aureum ſtultis. Per
pomum rotundum intelligitur mundꝰ
iſte: quē deus dat fatuis, qui magis mū
dum ⁊ ea que in mundo ſunt appetunt
q̄ deum Rex qui per vnum annum reg
nauit poteſt dici, quilibet homo in hoc
mundo exiſtens qui licet centum annis
viuat ē tamen quaſi vna hora reſpectu
vite future ⁊ tamen nō deſiſtit miſer ho
mo die ac nocte laborare ⁊ poſt morteꝫ
in exilium id eſt in infernū ponet̄ ſi cuꝫ
peccato mortali decedat vbi mala infi-
nita inueniet. Et pauci ſunt qui de iſto
exilio cogitant. Faciamus ergo ſicut fe
cit ille rex. dum ſumus in noſtra pote-
ſtate in hac vita ante nos mittamꝰ opē
ra miſericordie. elemoſinas largas per
petrare oratōes ⁊ ieiunia facere vt poſt
hanc vitam paradiſum poterimus in-
trare ⁊ ſine dubio vbi inueniemus ope
ra noſtra meritoria que fecimus in hac
vita. ⁊ ſic regnabimus ibi cum gloria.
Ad quam nos perducat qui ſine fine vi
uit ⁊ regnat.

De cura mundi non ſectanda.

Capitulum ſeptuageſimum ſepti-
mum.

lim erat qui
dam rex qui tres filias pul
chras habebat quas tribꝰ
ducibꝰ maritauit Omnes illi tres du-
ces eodem āno mortui ſunt. Rex hoc
audiens volebat filias ſuas iterato ma
ritare vocauit primā filiā ⁊ ait. Cariſſiā
vir tuus mortuus ē valde te alteri viro

At illa. Nullo modo hoc attemptabo. Et hec eſt ratio mea. Si deberem alterum virum accipere oportet vt eum tantum diligerem ſicut primũ virum. aut plus aut minus diligerẽ hoc non pt ſtare quia primus virginitatem habebat ergo non tantum debeo eum diligere Si vero plus hoc eſſet maius malum. Si vero minus non eſſet bona dilectio inter nos quare concludo ꝙ nullo modo volo alium virum accipere. Rex hoc audiens vocauit aliam ⁊ ait. Cariſſima: vir tuus defunctus eſt copulabo te alteri viro. At illa. Domine nullo modo hoc attemptabo. quia ſi virum alium acciperem. reciperem eum aut propter diuitias aut fortitudinem aut pulchritudinem. Nõ propter diuitias quia abũdo Nõ propter fortitudinem quia amicos habeo: qui me defendent Non propter pulchritudinẽ quia mihi videbatur ꝙ vir meus omniũ erat pulchrior in vniuerſo mundo quare concludo ꝙ nullo modo virum alium accipere volo. Rex hoc audiens vocauit terciam filiam ⁊ ait. Cariſſima vir tuus mortuus eſt volo te alteri viro copulari. At illa. nullo modo hoc attẽptare volo. quia ſi aliuz virum acciperem: ille me reciperet aut propter pulchritudinem aut diuitias. Non propter pulchritudinem quia nõ ſum pulchra. Ergo propť diuitias me reciperet. Et ſi propter diuitias nunꝗ poſſet eſſe verus amor. quia deſtructis diuitijs amor tranſiret Concludo ergo ꝙ nullo modo alium virum volo accipere Itẽ doctores ſacre ſcripture dicunt ꝙ vir ⁊ mulier in matrimonio cõiuncti: ſunt vnum in corpore ⁊ duo in anima ergo corpus viri mei eſt corpus meum ⁊ econuerſo ⁊c̃. Ad hec. Omni die poſſũ ad ſepulchrũ accedere viri mei ⁊ ibi oſſa videre: ergo viruz preſentem habeo ⁊ ideo aliũ virũ habere nolo

Rex hoc audiens amplius vt virum acciperet non inſtigabat.

Moralizatio

Cariſſimi

Rex iſte eſt deus ipſe. tres eñ filie anima ſunt ipſa in qua relucet operatio ⁊ ymago trinitatis. Juxta illud Geneſis. ij. Faciamus hominem ad imaginem ⁊ ſimilitudinem noſtram. Jmago vero trinitatis per peccatum primi parẽtis erat deturpata. ⁊ tribus viris tradita ſcilicʒ dyabolo mundo ⁊ carni. Si vero mortuus eſt diabolus per criſti paſſionem: noli amplius talem virum accipere: ſed ſemper ſub criſti protectõne permanere cupias Si mundus mortuus eſt ꝑ paupertatem voluntariam: noli amplius alium viruz accipere ſed permaneas ſub criſti protectione. Si vero mortua eſt caro per ieiunium ⁊ carnis macerationem: noli iam amplius virum accipere ſed ſub criſti protectione permaneas Vel aliter poteſt reduci. Rex iſte eſt deus. Tres filie tria genera hominum ſcilicet potentes ac diuites huius mundi ſicut ſunt reges ac mundi potentes Sapientes huius mũdi ſicut ſunt iudices temporales ⁊ eccleſiaſtici viri religioſi Perfcĩ criſtiani ſicut ſunt qui in omnibus: diuinis preceptis obediunt. Jſti tres erant in baptiſmo tribus ducibus copulati ſcilicet patri per potentiam. filio per ſapientiam. ſpiritui ſancto ꝑ clementiam Si g̃ iſti mortui ſunt. i. extĩcti ⁊ ablati a te per pctm̃ tuum nunꝗ alteri labores copulari. ſed cum omni diligentia fac opera miſericordie: per que poteris ei reconſiliari. quia nunꝗ aliquem inuenies qui tantum te diliget.

Vñ eſt notandũ ꝙ mulier accipit vi

rum propter quattuor. Quia aut prop
ter diuitias aut propter pulchritudinē
aut propter fortitudiem aut propter ſa
pientiam. Si vero vis virum accipere
propter diuitias: certe nō inuenies ita
diuitem ſicut dn̄m noſtrum ihesum cri
ſtum quia dn̄s celi ⁊ terre eſt ergo tene
as eū ⁊ non aliū Si vero velis virū ac-
cipere ꝓpt᷑ fortitudinē curre ad ihesuz cri
ſtum qui eſt fortior omni homine. fortis
in celo ⁊ in terra. In inferno non eſt ali
quis qui poteſt ei reſiſtere. ergo illuz in
virum debes accipere ⁊ non alium. Si
vero aliquem vis accipere propter pul
chritudinem curre ad dominum noſtrū
ihesum criſtum qui eſt pulchrior omni
homine. Unde pſalmiſta. Speciosus
forma pre filijs hominum. ergo illum
debes habere ⁊ non alium. Si vero ali
quem vis accipere propter ſapientiam
curre ad dominum noſtrum Ihesum cri
ſtum quia ipſe eſt ſapientior omni ho-
mine. Unde apoſtolus. O altitudo di-
uitiarum ſapientie ⁊ ſcientie dei ⁊c. er-
go illum virū accipere debes ⁊ nō aliuz

## De concordia Ca. lxxvi.

Ccidit in quadā ciuita-
te ꝙ erant duo medici opti
mi in omni ſcientia medici-
nali imbuti: qui omnes ad eos venien-
tes de quacunqȝ infirmitate curabāt ita
ꝙ penitus populus ignorabat quis eo-
rum eſſet melior Infra tempus erat in
ter eos contentio quis eorum eſſet ma
ior atqȝ perfectior. Ait vnus alteri. Ca-
riſſime: non ſit inter nos diſcordia nec
inuidia neqȝ contentio. quis noſtrum
eſt perfectior. Sed vnum faciamus. ⁊
quicunqȝ ex nobis defecerit ſit ille ſer-
uus alterius. Ait alter dic mihi quod
eſt illud Et ille Ego duos oculos tuos
de capite eruam ſine grauamīe ⁊ ſuper
menſam tuam ponam. Et quando tibi
placet in capite tuo ſine leſiōe tua repo
nam. Si vero mecum hocidem per om
nia feceris: equales ambo ſim⁹ ⁊ quilī
bet alterum nutriat ſicut fratrem ſuum.
Si vero aliquis defecerit: ſeruus alte-
rius erit. At ille Optima probatio per
omnia mihi bene placet. Ille vero qui
queſtionem propoſuit accepit inſtru-
menta ſua ⁊ infra oculos alius cum quo
dam vngento nobiliſſimo interius ⁊ ex
terius liniuit. Et cum inſtrumento ſuo
duos oculos ſocij extraxit ⁊ ſuper men
ſam poſuit ⁊ ait ſocio ſuo. Kariſſime:
quomodo tibi videtur. Et ille. Unum
ſcio ꝙ nihil video quia oculis careo ⁊
tamen nullam leſionem ſentio. Sed
modo vellem ꝙ oculos meos ſicut mi
hi promiſiſti reſtitueres. Et ille. Liben
ter attēptabo. vngentum accepit ⁊ ocu
los īterius ⁊ exterius ſicut prius inūx
it ⁊ oculos ſuos repoſuit Et ille Cariſ
ſime quid iam tibi videtur: Et ille Op
time quia in extrahendo nullam leſionē
ſenſi. Tunc dixit ille Iam reſtat vt mi
hi ſimili mō miniſtres. Qui ait. Pre-
ſto ſum: Accepit inſtrumenta ſua ⁊ vn
genta ſua ſicut ille fecerat intus ⁊ exte-
rius liniuit deinde oculos eius extraxit
⁊ ſuper menſam poſuit ⁊ ait. Cariſſime
quid tibi videtur: Et ille. Mihi vide-
tur ꝙ oculos perdidi tamen nullum do
lorē ſenſi ſed vellem libentiſſime ꝙ ocu
los rehaberem. Cum vero ille paraſſet
inſtrumenta ſua vt oculos reſtitueret:
feneſtra domus erat aperta ⁊ quidā cor
uus intrauit videnſqȝ oculos in menſa
ſubito vnum oculum rapuit ⁊ violauit
Medicus hoc percipiens eſt contriſta-
tus totaliter ⁊ ait intra ſe. Niſi oculos
ſocio meo reſtituam ſeruus ei⁹ ero. Re
ſpiciens a longe videnſqȝ capram ocu
lūei⁹ extraxit ⁊ in locum oculi ablati re
poſuit: hō ſcō dixit ſocio ſuo Kme: qd ti
bi videt Qui ait Nec ī extrahēdo nec ī

repōnendo aliquam leſionem ſenſi. ſed vnus ex oculis meis ſemper ſurſum ad arbores reſpicit. Et ille. Ex quo ita perfecte medicinaȝ meam tecum feci ſicut ⁊ tu mecum. modo ambo ſumus equales nec inter nos ſit contentio Et ſic ambo pōſt hoc adinuicem ſine contentione vixerunt.

Cariſſimi

Ex iſtos duos medicos intelligere debemus legem nouam ⁊ antiquā q̄ ā̄be curabāt quantum ad ſalutē anime. Facta eſt cōtentio ⁊ adhuc eſt inter xp̄ianos ⁊ iudeos que lex eſt melior ⁊ perfectior. Ad pbandū veritateȝ quilibet oculos alteri⁹ extraxit. Hoc eſt dictū. In lege ātiqua multa ſūt a quib⁹ de⁹ extraxit ſicut deceȝ precepta in antiqua lege. Sicut ſaluator ait. Non veni ſoluere legem ſed implere vt ſi aliquis hominum in tendat deum videre. oportet ꝙ talis ad nouam legem recurrat ⁊ tunicam baptiſmi ſe induat. Coruus venit ⁊ rapuit vnuȝ oculū iudeoꝝ vt non poſſent veritatem videre ⁊ in loco huius ponebat oculuȝ capre ſcȝ quaſdam cerimonias quibus vtunt̄ ꝑ quas credūt deū videre ⁊ ibūt ad tenebras exteriores vbi erit fletus ⁊ ſtridor dentium.

Qȝ ad diuitias non eſt anhelanduȝ. Capitulum lxxvij.

Erat quidam rex qui duas filias hēbat. Una erat pulcherrima ⁊ oībus amoroſa. ſed altera nigra ⁊ omnibus odioſa. Rex vidēs filias ſuas vnā pulchraȝ aliam nigram eis nomina impoſuit. Pulchre filie impoſuit nomen .ſ. Roſimūda Nigre filie. gratia plena Deīde preconē per totū regnum miſit ꝓmulgando ꝙ omnes venirent ⁊ filias ſuas in matrimoniū daret illis: qui ad hoc digni eſſent Quicūqȝ vo pulchrā filiā in vxorem accipet: nihil cū ea niſi pulchritudinē obtineret. Sȝ qui nigrā filiaȝ in vxorem acciperet: totū regnuȝ poſt eius deceſſum cū ea obtineret Multi hoc audientes ad curiam regis venerunt ⁊ cum duas filias viderent: oēs ad pulchrā filiam currebant ⁊ eam ī vxorem petebant Gratia plena nigra filia amare fleuit. Ait et ei rex. O filia ob quā rem affligitur anima tua. Ait illa. O dn̄e nullus eſt qui me viſitet nec mecum loquatur. ōnes ad ſororē meā currunt ⁊ omnes me deſpiciunt. Ait pater O filia ignoras ꝙ omnia mea tua ſunt ⁊ qui te deſpōnſauerit regnum meū obtinebit. Illa ſic confortata a fletu ceſſabat. Poſt hec venit quidam rex ad curiam regis ⁊ cum vidiſſet pulchritudinem Roſimunde: eam in vxorem petijt tantum cum ſua pulchritudine. Rex pater puellam ei conceſſit ⁊ cum magno gaudio eam deſponſauit. Stabat altera filia per multos annos anteqȝ eſſet deſponſata. Tandem quidam dux nobilis ſed pauper intra ſe cogitabat. Licet puella turpis fuerit tamen quicūqȝ eam habuerit regnuȝ cum ea obtinebit. Perrexit ad regem ⁊ eam in vxorē petijt. Rex vero gauiſus eſt eam deſpōſauit cum magno gaudio. ⁊ poſt mortē regis totū regnum cum ea obtinebat.

Cariſſimi. Moralizatio

Ex iſte eſt dominus noſter iheſus xp̄us: Filia roſimunda tam pulchra eſt mund⁹ iſte. Vñ pauci inueniunt̄ qui non munduȝ ſuper omnia appetūt tamē nihil cū ea obtinebūt niſi ſuaȝ pulchritudinē hē vanitatē ⁊ diuitias ⁊ ſic pulcritudo p infirmitatē famē ⁊ ſenectutē annihilatur.

ita diuitie huius mundi tranſeunt per mortē ⁊ ſepe ante. Et ideo fatui ſunt qui mundum deſponſant Altera filia. ſ. gratia plena q̄ eſt turpis ⁊ ōnibus odioſa certe eſt paupertas quā miro mō deus dilexit. ⁊ ideo vocatur gratia plena. qꝛ per eam deueniť ad diuitias Verū tam̄ pauci ſunt qui eā deſponſare volūt imo eſt ōnibus odioſa. tamē qui eam deſpō ſauerit vitam eternam habebit.

De ꝯſtātia amoris mutui Ca. lxxviij.

Ex quidā pulcrā filiā hēbat q̄ erat duci nobiliſſimo deſponſata cuꝫ quo pulchram ꝓlem habebat ⁊ maxima inť eos erat dilectio. Dux vero moritur d' cuius morte factus eſt planctus magnꝰ in ciuitate. Dn̄a vō ſatis honorifice eū ſepulture tradidit. Poſt mortē amici eius ad eam venerūt vt ſecūdo viro nuberet allegantes ſibi etatem integrā ac pulchritudinē ſuam. Dn̄a vero reſpondit. Viꝛ alteruꝫ habere nolo qꝛ vir meus qui mortuꝰ eſt erat tam bonus dulcis ac diues ꝑ omnia: qui me vltra modum dilexit. Et ꝓpter nimiā dilectiōeꝫ inter nos eius mors tantū me affligit. ꝙ vt credo viuere non potero. Si vero talem viꝛ ponamus ꝙ inuenirē poſſibile eſſꝫ ei an̄ me mori ⁊ tūc eſſꝫ mihi grauis afflictio iam habeo ꝙ nunq̄ꝫ aliū virum capere volo. Si malum viꝛ acciperem: eſſet mihi graue poſt bonū habere peſſimum.

Moralizatio.

Ariſſimi rex iſte eſt deus. filia anima ad dei ſimilitudinē creata: que erat nobiliſſimo viro ſcꝫ domino noſtro ihesu chriſto per virtutem baptiſmi deſponſata: qui ſumma dilectione nos dilexit. quia in cruce ꝓ nobis mortuus eſt. ergo virum alium pro illo non accipias. hoc eſt alium nū



q̄ꝫ tantum diligas ⁊ ſic cum eo in eternum regnabis.

Quod quis: neſcit preſumere non audebit Capitulū. lxxix.

Rat quidam rex qui miro modo paruos caniculos dilexerat die ac nocte bene latrantes in tantuꝫ ꝙ in gremio ſuo eos quieſcere permiſit ⁊ ibideꝫ pauit. Illi vero ſic conſueti erant in gremio eius dormire ⁊ comedere ꝙ vix alibi eſſe volebant ⁊ quādoq̄ꝫ circa collum regis pedes ponebant. Et ſic rex ſolacium magnum ⁊ ludum cum eis habebat. Erat tunc quidam aſinus qui cum omnia iſta vidiſſet in corde ſuo cogitabat. Si ego cantarem ⁊ ante regem ſaltarem ⁊ circa collum domini mei pedes ponerem: rex mihi daret omnia fercula ad comedendū ⁊ gremium ſuum ad q̄' eſcendum. His cogitatis extra ſtabulū ſaltauit aulam intrauit ⁊ coram rege cā tare cepit: deinde hincinde ſaltauit ⁊ ptꝰ hoc ad regem cucurrit ⁊ pedes cira collum eius poſuit. Serui hoc videntes credebant aſinum in furia conuerſuꝫ ac ceperunt eum ⁊ egregie verberauerunt. ⁊ ſic ad ſtabulum reduxerunt.

Cariſſimi Expoſitio

Ex iſte eſt dominus noſter ihesus chriſtus. Caniculi bene latrantes ſunt predicatores qui verbum diuinum bene pronunciant. Unde digni ſunt in gremio celeſti quieſcere. Aſinus poteſt dici: qui p̄ſumit officium predicatoris aſſumere verbuꝫ dei pronunciare tamen literaturam nec gratiam ad hoc habet. ⁊ ideo timendum eſt ne talis ſit verberatus. hoc eſt a domino ⁊ populo repulſus.

De aſtutia dyaboli. ⁊ quomodo iudicia dei ſunt occulta. Ca. lxxx.

Rat quidam heremita qui cum in ſpelunca quadam iacebat ⁊ diebꝰ ⁊ noctibus deuote deo ſeruiebat. Juxta cellam ſuam erat quidam paſtor ouium qui paſcebat oues. Accidit vno die ꝙ paſtor erat ſomno oppreſſus. Jpſo dormiente quidaꝫ latro venit ⁊ omnes oues ſecum abſtulit Superueniens dominus ouium a paſtore querit vbi erãt oues. Jlle vero incepit iurare ꝙ oues perdidit. ſed quomodo penitꝰ ignorabat Dominꝰ hoc audiens furore repletus ipſum occidit Heremita hoc vidẽs ait in corde ſuo O deus ecce homo iſte culpam innocenti dedit ⁊ ipſum occidit Ex quo ergo permittitis talia fieri ꝓpter hoc ad mundum vadam ⁊ ſicut ceteri vitã ducam. His cogitatis ille heremitarium dimiſit ⁊ ad mundum perrexit. ſed deus ipſum perdere nolebat: angeluꝫ ĩ forma hominis ad eum miſit vt ſe ei aſſociaret. Quem cum angelus in via eũtem inueniſſ;: ait ei. Karĩſſime quo vadis. At ille. Ad iſtam ciuitatẽ ante me. Angelus dixit ei. Ego in via ero comes tuus. quia angelus dei ſum ⁊ ad te veni: vt ſimus ſocij in hac via. Ambo ambulabant verſus ciuitatẽ Cum autẽ intraſſent: hoſpitiũ a quodam milite ꝓpter dei amorem petebant. Miles vero ſatꝰ gratanter eos recepit ⁊ honorifice ac ſplendide cum bona deuotione in omnibus miniſtrauit. Miles iſte tantum vnicuꝫ filium habebat in cunabulis iacentem: quem multum dilexerat. cena facta camera eſt aperta ⁊ lecti ſatis honorifice ornati ꝑ angelo ⁊ heremita. Media vero nocte ſurrexit angelus ⁊ puerũ in cunabulis ſtrangulauit. hoc vidẽs heremita intra ſe cogitauit. Nunquid iſte erat angelus dei: bonus miles omnia neceſſaria ꝓpter dei amorem ei dedit. ⁊ nõ habuit niſi vnicum filium innocentem: ⁊ iſte eum occidit. Sed tamen non audebat ei quicq̃ dicere. Mane ambo ſurrexerunt ⁊ ad ciuitatẽ aliam perrexerũt in qua in domo vnius ciuis ſatis honorifice erant recepti ⁊ ſplendide miſtrati Ciuis iſte quendã aureum ciphũ quem miro modo dilexit habuit in quo vltra modũ gloriabatur. Media nocte ſurrexit angelus ⁊ furatus eſt ciphũ illum. Heremita hoc vidẽs intra ſe cogitabat Jſte malus angelus eſt vt credo. Jſte ciuis nobis optime fecit ⁊ iſte eſt furatꝰ ciphum ſuũ. tamen nihil ei loquebatur q2 timuit eũ. Mane vero ſurrexerũt ⁊ ꝑ viã ambulabãt donec ad quandã aquã peruenerunt vltra quã erat pons. pontem aſcenderũt ⁊ quidã pauꝑ eis obuiabat. Ait angelꝰ Karĩſſime monſtra nobis viã verſus talẽ ciuitatẽ Pauꝑ vertit ſe ⁊ cũ digito viã verſus ciuitatẽ oſtendit Cũ vero vertiſſet ſe angelꝰ ſubito ꝑ ſcapulas eũ accepit ⁊ vltra pōtẽ ꝓiecit ⁊ ſubmerſus eſt pauꝑ. Quod cũ heremita vidiſſ; ait in corde ſuo iã ſcio ꝙ iſte dyabolus ẽ ⁊ non angelꝰ dei bonꝰ. Quid mali fecit pauper iſte ⁊ tñ euꝫ occidit. Ab illo tꝑe cogitabat ab eo recedere Verũtñ timẽs nihil loq̃batur ei. Cũ vero circa horam veſꝑtinã ad ciuitatẽ peruenissent ad domũ cuiuſdã diuitis acceſſerũt ⁊ hoſpitium ꝓ dei amore petebant. Jlle vero ſimpliciter eis negauit Ait angelꝰ dei Amore dei ſaltẽ tectũ domꝰ nobis ꝯcedatꝰ ne lupi aut male beſtie hic nos deuorẽt Jlle ait. Ecce domꝰ vbi porci mei iacẽt ſi placꝫ vobis cũ eis iacere poteſtꝪ ſin autẽ recedatꝪ q2 aliũ locũ vobis nõ dabo. Ait ei ãgelꝰ. ſi aliud nõ pt fieri cũ porcꝪ veſtris iacebimꝰ Et ſic factũ eſt. Mane vero ſurrexerunt. Angelus hoſpitem vocauit

⁊ ait. Cariſſime do tibi ciphum iſtum ⁊ dedit ei ciphum: quem furatus fuerat ab illo ciue. Heremita hoc videns ait intra ſe Jam ſum expertus ꝙ iſte ē dyabolus. Bonus homo erat qui cū omni deuotione nos rcepit ⁊ furatus eſt ei ciphum ⁊ dedit iſti pēſſimo qui negauit nobis hoſpitiū. Ait angelo. Nolo vobiſcum amplius expectare: ad deū vos recommendo. Angelus dixit ei. Audito me ⁊ tunc recedito. Expoſitio.

Cariſſime.

Vādo eras in heremitario dn̄s ouium paſtorem iniuſte occidit ſcias ꝙ paſtor ille ꝓ tunc mortem nō meruit ſed alias cōmiſit quare mori nō deberet. tunc temporis inuentus eſt ſine pctō deus ergo ꝑmiſit eum occidi vt penā poſt mortem euaderet ꝓpter pctm̄ qd̄ alias cōmiſit: ꝓ quo nunꝗ̄ penitentiā faceret. Latro vero qui euaſit cū ouibus penā eternam ſuſtinebit ⁊ dn̄s ouium qui paſtorē occidit vitā ſuam emendabit ꝑ largas elemoſinas ⁊ opa miſericordie. qr ignorāter fecit. Demū filium illius militis de nocte ſtrāgulaui qui nobis bonū hoſpitium dedit. Scias ꝙ anteꝗ̄ puer ille natus erat miles optimus elemoſinarius erat ⁊ multa opa miſericordie fecit: Sz poſtꝗ̄ natus eſt puer: factus ē parcus cupidus ⁊ omnia collegit vt puerū diuitem faciat ſic ꝙ erat cauſa perditionis eius ⁊ ideo puerū occidi. Et iam ſicut prius miles factus eſt bonus criſtianus. Deinde ciphum illius ciuis q̄ nos cum deuotione recepit furatus fui Scias tu ꝙ anteꝗ̄ ciphus ille erat fabricatus non erat ſobrior eo in tota terra Sed tantum de cipho gaudebat pt⁹ fabricationem ꝙ omni die tantum de eo bibebat ꝙ bis aut ter omni die fuit inebriatus. ⁊ ideo ciphum abſtuli ⁊ factus eſt ſobrius ſicut prius. Deinde pauperem in aquā ꝓieci. Scias ꝙ pauper iſte bonus xp̄ianus fuit. ſed ſi ad dimidium miliare ambulaſſet alium ī peccato mortali occidiſſet. ſz iam eſt ſaluatus ⁊ regnat in celeſti gloria. Deinde ciphum illius ciuis dedi illi qui nobis hſpitium negauit. Scias ꝙ nihil ī terra fit ſine cauſa. Ipſe nobis conceſſit domū porcorum ⁊ ideo ciphum ei dedi ⁊ poſt vitam iſtā regnabit in inferno Pone ergo āmodo cuſtodiā ori tuo vt deo non detrahas. Ipſe eīm omnia nouit. Heremita hoc audiens cecidit ad pedes angeli ⁊ veniam ꝑtijt ⁊ ad heremitariū ꝑrexit. ⁊ factus eſt bon⁹ xp̄ian⁹

## De mirabili diuina diſpēnſatione ⁊ ortu beati Gregorij pape. Ca. lxxxi

Arcuſ regnauit prudens valde qui tantum vnicum filium ⁊ filiam habebat quos multum dilexit. Cum vero ad ſenectutem ꝑueniſſet infirmitas grauis eum apprehendit. Qui cum vidiſſet ꝙ viuere non poſſet: fecit vocari omnes ſatrapas imperij ⁊ ait. Cariſſimi ſcire debetis ꝙ hodie ſpiritum deo debeo reddere. non habeo maius periculum in anima mea: ꝗ̄ de filia mea ꝙ eam matrimonio non tradidi. Et ideo tu fili qui es heres meus tibi precipio ſub mea benedictione vt eam maritari facias tam honorifice ſicut decet. ⁊ medio tempore ſicut teipſum omni die in honore eā habeas. His dictis vertit ſe ad parietem ⁊ ſpiritum emiſit. De cuius vero morte planctus magnus factus eſt in ciuitate. ſatis honorifice eum ſepulture tradiderunt. Poſt hec vero filius ſatis prudēter incepit rgnare ⁊ ſororem ſuam in ōni honore habere. ꝗ̄ mi-

ro modo dilexit intantum ꝙ omni die
licet nobiles ſecum eſſent in menſa. in
vna cathedra ex oppoſito eius ſedebat.
⁊ adinuicem comedebant. ⁊ in eadem
camera in lectis ſeparatis iacebant. Ac
cidit vna nocte ꝙ temptatio grauis eū
accepit ꝙ ei videbatur ſpiritum emit-
tere niſi cum ſorore ſua libidinem ſuaꝫ
poſſet implere. de lecto ſurrexit ⁊ ad ſo
rorem ſuam perrexit: quam dormientē
inuenit ⁊ excitauit eam. Illa ſic excita
ta ait O domine ad quid veniſti iſta ho
ra. Qui reſpondit Niſi tecum dormiā
amitto vitam meam. Que ait. Abſit a
me tale peccatum ꝑpetrare. ad memori
am reducito. quomodo pater noſter te
onerauit ſub ſua benedictiōe ante mor-
tem ſuam ꝙ me honores in omni hono
re. Si tale peccatum perpetrares offen
ſionem dei non euaderes nec hominuꝫ
confuſionem. At ille. Quomodocunqꝫ
fiat voluntatem meam adimplebo. dor
miuitqꝫ cum ea. Hoc facto ad propri-
um ſtratum redijt. Puella vero amare
fleuit: conſolari nolebat. Imperator ve
ro quantum potuit ſolacium ei prebe-
bat ⁊ miro mō magꝰ eā dilexit Poſt h̄
vero circa dimidium annū illa in cathe
dra ſedebat in menſa: frater eius eam i-
time aſpexit. Et ait. Cariſſima quid ti-
bi eſt. Iam facies tua eſt mutata in co-
lore ⁊ oculi tui in nigredinē mutantur.
At illa. Mirum non eſt qꝛ ſū impregna
ta ⁊ per conſequens confuſa Ille hoc au
diens vltra q̄ꝫ credi poteſt contriſtatus
eſt fleuitqꝫ amare ⁊ ait Pereat dies in
qua natus ſum quid faciam ego penitꝰ
ignoro. Que ait. Domine fac conſili
um meum ⁊ poſt factum non penitebis
Nos non ſumus primi qui grauiter de
um offenderunt. Hic prope eſt vnꝰ mi-
les ſenex conſiliarius patris noſtri. de
cuius conſilio pater noſter ſemꝑ eſt ope
ratus. Vocetur ille ⁊ ſub ſigillo confeſ-
ſionis omnia ei dicemus: ille vero vti-
le conſilium dabit nobis ꝙ ſatiſfacie-
mus deo ⁊ obprobriū mundanum eua
dere poterimus. Ait rex Mihi bene pla
cet ſed ſtudeamus primo deo reconcili
ari. confeſſi ſunt ambo corde puro cum
contritione magna. Facta confeſſione
miſerunt pro milite ⁊ totum priuate cū
fletu retulerūt. At ille Domine ex quo
eſtis deo reconciliati audite conſilium
meum vt confuſionem mundanā eua-
dere poſſitis. Pro peccatis veſtris ac
patris veſtri terraꝫ ſanctam debetis viſi
tare ⁊ tali die omnes ſatrapas regni ve
ſtri in preſentia veſtra conuocare. Deī-
de hec verba per ordinem dicere. Cariſ-
ſimi terram ſanctam viſitare volo nullū
heredem preter ſororem vnam habeo.
ſicut ſcitis cui in abſentia mea ſicut cor
pori meo debetis obedire ⁊ poſt hoc mi-
hi coram omnibus dicere. ⁊ tibi cariſſi
me dico ſub pēa vite tue vt ſororis mee
cuſtodiam habeas. Ego vero manuca-
pio tam priuate ⁊ ſecure cuſtodire eā ꝙ
nullus tempore partus. nec ante nec
poſt de caſu veſtro ſciet niſi tantum vx-
or mea que debet ei miniſtrare cum ma
nibus proprijs. Ait rex Bonum eſt cō
ſilium omnia adimplebo que mihi dici
tis. Statim fecit omnes ſatrapas con
uocari. ⁊ ōnia a principio vſqꝫ ad finē
ſicut ſuperius eſt ſcriptū ꝑ conſiliuꝫ mi
litis adimpleuit. Cum omnia verba cō
ſummaſſet vale omnibus fecit: ad ter-
ram ſanctam perrexit. Miles vero do
minam ſororem regis ad caſtrum ſuuꝫ
duxit. Cum autem vxor militis hoc
vidiſſet domino ſuo occurrit ⁊ ait Do
mine mi reuerende: qualis eſt domina
iſta. Qui reſpondit. Domina noſtra ſo
ror regis eſt. Iura mihi per deum om
nipotenteꝫ ſub pena vite tue vt quicqd
tibi dixero omnino habebis in ſecreto.
At illa. Dn̄e preſto ſum. Cum autem

iuraſſet. ait miles. Domina noſtra per
dominum noſtrum regem eſt im pregꝰ
nata: quare tibi precipio vt nulla crea-
tura miniſtret ei excepta tua pſona Ita
vt principium medium ⁊ finis omnia
ſint ſecreta. At illa Domine omnia iſta
fideliter adimplebo Domina ad came
ram priuatam eſtītroducta ⁊ ſatis ſplē
dide ei miniſtrabatur. Cum tempꝰ pa-
riendi eſſet filium formoſum peperit.
Miles cum hoc audiſſꝫ ait domine. O
domina cariſſima bonum eſt ac vtile ſa-
cerdotem vocari vt puerum baptiſet.
Que ait. Deo meo voueo ꝙ ille qui ē
inter ſororem ⁊ fratrem genitus per me
baptiſmū non habebit. Ait miles Sci
tis graue peccatum eſt inter vos ⁊ domi
num meum commiſſum. nolite propť
hoc animam pueri occidere. Ait domīa
Votum voui quod firmiter tenebo ſed
tibi precipio ꝙ mihi dolium vacuū ap
portes. Qui ait. Preſto ſum. dolium
ſecum ad cameram portari fecit Ille ve
ro decenter puerum in cunabulo reclīa
uit ⁊ in paruis tabellis hec que ſequun-
tur ſcripſit Cariſſimi ſcire d̄betis ꝙ
puer iſte non eſt baptiſatus quia inter
fratrem ⁊ ſororem eſt genitus. Ido pro
pter dei amorem baptiſetur ⁊ ſub capi-
te eius pondus theſauri inuenietis cuꝫ
quo ipſum nutriri faciatis. ad pedes ar-
genti pondus cum quo ſtudium exerce
at. Cum omnia iſta erant ſcripta tabel
las in cunabulo ſub latere pueri pone-
bat. aurūꝫ ſub capite. argentū ad pedes
deinde cum pannis ſericis ac deauratꝭ
cunabulum cooperuit. Hoc facto mili
ti precepit vt cunabulum infra dolium
poneret ⁊ in mari proijceret vt nataret
vbicūqꝫ deus diſponeret. Miles vero
oīa adimpleuit. Cū doliū in mari pro-
iectum fuiſſet: miles tam diu iuxta ma
re ſtetit q̄ꝫ diu dolium natare videret.
Hoc facto ad dominā redijt. ſed cū iux
ta caſtrum ſuum veniſſet: nuncius regꝭ
de terra ſancta ei obuiabat ⁊ ait ei. Ca
riſſime vnde venis. Qui ait. De terra
ſancta venio. Ait ille Quales rumores
habetis. Et ille. Dominus meus rex
mortuus eſt ⁊ corpus ſuum ad vnū de
caſtris ſuis ductum eſt. Miles hoc au-
diens fleuit amare. Vxor eius ſuperue
niens cum de morte imperatoris audiſ
ſet vltra q̄ꝫ credi poteſt dolebat Miles
ſurrexit ⁊ ait vxori ſue. Nolito flere ne
domina noſtra percipiat. Nihil ei dice
mus quouſqꝫ a puerperio reſurgat.
Miles eñ poſt hos ſermones ad do-
minā intrauit. Vxor eius ſequebatur
eum. Cuꝫ domina eos reſpexiſſet ⁊ eos
deſolatos perpendit. Ait. Cariſſimi ꝓ
ter quam cauſam eſtis triſtes. Ait illi.
Domina non ſumus triſtes. ſed potiꝰ
gaudentes. quia liberata eſtis a graui pe-
riculo in quo fuiſtis. Ait illa. Ita non ē
īdicate mihi nolite aliquid celare a me
ſiue bonum ſiue malū. Ait miles. Qui
dam nuncius de terra ſancta venit d̄ do
mino noſtro rege fratre veſtro qui nar-
rat rumores: que ait vocetur nuncius.
Qui cum veniſſet ait ei domina Quo
modo eſt de domino meo. Qui reſpon
dit. Dominus veſter mortuus eſt ⁊ eiꝰ
corpus de terra ſancta tranſlatuꝫ eſt ad
caſtrum ſuū vt cum patre veſtro ſepeli-
retur Domina cum hoc audiſſet ad ter
ram cecidit. Miles videns dolorē do
mine in terram iacuit. Vxor militis cū
eis ac nuncius Omnes iſti per magnū
ſpacium iacebant ⁊ in eiſ pre magno do
lore non eſt vox neqꝫ ſenſus. Domina
vero poſt magnum ſpacium ſurrexit. cri
nes capitis traxit. facieꝫ vſqꝫ ad ſangui
nis effuſiōeꝫ dilacerauit. ⁊ alta voce cla
mauit Heu mihi pereat dies ī qua ꝯcep
ta eram. Nox illa nō numeretur in qua
ſum nata. Quantas habeo iniquitates
⁊c̄. In me ſunt completa Perijt ſpes

mea. fortitudo mea. frater meus vnicꝰ
dimidiuz anime mee quid faciam ego
de cetero penitus ignoro Surrexit mi
les ⁊ ait. O domina cariſſima audite
me. Si ꝓpter dolorem teipſam necaue
ris totum regnum peribit. Tu ſola es
derelicta ⁊ iure hereditario regnuz tibi
debetur Si ergo teipſam occideris reg
num ac prediuz ad extraneos conuola/
bit. Surgamus ⁊ ad locum vbi corpꝰ
iacet accedamus ⁊ honorifice eum ſepe
liemus Deinde ſtudeamus quomodo
imperium regere debemus. Illa vero
ex verbis militis confortata ſurrexit. ⁊
cum honeſta comitiua ad caſtrum fratꝛis
ſui acceſſit. Cum autem intraſſet corpꝰ
regis ſuper feretruz inuenit. ſuꝑ corpꝰ
cecidit. A plāta pedis vſqꝫ ad v̾ticē oſ
culata eſt eū. Milites videntes nimiuz
dolorem in ipſa: de funere dominaz re/
traxerunt. ⁊ in cameram introduxerūt
⁊ corpus ſatis honorifice ſepulture tra
diderunt. Poſt hoc quidā dux bur
gundie ſolennes nuncios ad eam miſit
vt ei in vxorem conſentiret. Illa vero
ſtatim reſpondit. Quādiu vixero virū
non habebo. Nūcij hoc audientes: vo/
luntatem eius domino nūciabāt. Dux
hoc audiens indignatus eſt contra eam
⁊ ait. Si eam habuiſſem: rex illiꝰ reg
ni fuiſſem: ſed ex quo me vilipendebat:
de regno ſuo paruz gaudebit. Exercitū
collegit regnuz intrauit comburebat et
occidit ⁊ īfinita mala perpetrabat ⁊ vic
toriam in omni bello obtinuit. Domi/
na ad quandā ciuitatem bene murataz
fugam petijt. In qua erat caſtrum fortiſ
ſimum ⁊ in ea per multos annos ꝑman
ſit. Jam ad puerum proiectum in ma
ri redeamus Dolium cum puero ꝑ
multa regna tranſijt quouſqꝫ iuxta ce/
nobium monachorum peruenit: ⁊ hoc
feria ſexta. Eodem die abbas illiꝰ mo/
naſterij ad litus maris perrexit ⁊ piſca/
toribus ait. Cariſſimi eſtote parati ad
piſcandū. Illi vero rethia ſua parabāt
dum vero ſic prepararent: dolium cuz
fluctibus maris ad terraz peruenit. Ait
abbas ſeruis ſuis. Ecce dolium aperia/
tis ⁊ videatis quid ibi lateat. Illi vero
dolium aperuerunt: ⁊ ecce puer paruꝰ
precioſis pannis inuolutus abbatem
reſpexit ⁊ riſit. Abbas vero totaliter de
viſu contriſtatus ait O deus meus q̇d
eſt hoc ꝙ inuenimus puerum ī cunabu
lo. Proprijs manibus eum leuauit ta
bellas ſub latere eius inuenit quas ma
ter ibidem poſuit ⁊ legit ꝙ puer ille in
ter fratrem ⁊ ſororem eſſet genitus nec
baptiſatus: ſed ꝓpter dei amorem peti
tur vt ſacramentum baptiſmi ei daretꝛ
Deinde cum auro quod ad caput eius
inueniretur nutriretur. ⁊ ad pedes argē
tum: per q̇d ſtudium exerceret Abbas
cū hec legiſſ3 ⁊ cunabulū ꝑcioſꝭ pānis
ornatum vidiſſet: intellexit ꝙ puer de
nobili ſanguine eſſet. ſtatim eum bap/
tiſari fecit ⁊ ei proprium nomen impo/
ſuit. ſ. Gregorius. ⁊ puerum ad nutriē
dum vni piſcatori tradidit Dan ſqꝫ ei
pondus quod inuenit. Puer vero creſ
cebat ⁊ ab omnibus eſt dilectus quouſ
qꝫ ſeptem annos in etate compleuiſſet
Abbas ſtatim ad ſtudium eum ordina
uit. In quo miro modo profecit ita ꝙ
omnes monachi cenobij tanqꝫ ſuū mo
nachum dilexerunt. Puer vero infra
pauca tempora omnes in ſciencia tranſ
cendit. Accidit quodam die vt cum fi/
lius piſcatoris cum pila quadam lude
ret ⁊ dictum piſcatorem patrem ſuum
eſſe credidit: a caſu filiuz piſcatoris cū
pila leſit. Ille ſic percuſſus amare fle/
uit domum perrexit. matri conqueſtus
eſt dicens. Gregorius frater meꝰ me
percuſſit Mater hec audiens foras exi
uit. ⁊ dure arguebat eum dicens. O
Gregori qua audacia filiuz meum per/

cuſſiſti: cuꝫ tamen qualis ſis ⁊ vnde ig/
noramus. At ille. O mater dulciſſima
nonne filius tuus ſum ego: quare talia
mihi improperas. Que ait. Filiꝰ me
us non es ⁊ vnde ſis ignoro. Sed ta/
men vnum ſcio ꝙ in quodam die in
dolio inuentus fuiſti Abbas te mihi ad
nutriendum dedit. Jlle cum hoc audiſ
ſet fleuit amare. Ad abbatem perrexit
⁊ ait. O domine mi diu vobiſcum ſte/
ti. credebam me filium piſcatoris fuiſ/
ſe cum tamen non ſum. Et ideo paren/
tes meos ignoro. Si placet me ad mi
litiam promoueatis. quia hic amplius
non manebo. Ait abbas. O fili noli ta
lia cogitare. Omnes monachi in do/
mo exiſtentes miro modo te diligunt.
intantum: ꝙ poſt deceſſum meum in
abbatem te promouebūt. At ille. Do
mine ſine dubio non expectabo donec
ad parentes meos peruenero. Abbas
hec audiens ad theſaurum ſuum acceſ/
ſit ⁊ tabellas quas in cunabulo ſuo in/
uenit ei oſtendit dicens. Nunc fili le/
ge interius ⁊ qualis es clare inuenies.
Cum vero legiſſet ꝙ inter fratrem ⁊
ſororem eſſet genitus: ad terram ceci/
dit ⁊ ait. Heu mihi quales parentes
habeo. Ad terram ſanctam pergam ⁊
pro peccatis parentum meoruꝫ pugna
bo ⁊ ibi vitam meam finiam. Peto er
go domine inſtanter vt me ad militiam
promoueatis. Quod ⁊ abbas fecit.
Cum autem licentiam de receſſu rece/
pit factus eſt planctus magnus in ce/
nobio: dolor in populo: ⁊ in circuitu la
mentatio. Ad mare ſe tranſtulit ⁊ cōue
nit cum nautis vt eum ad terram ſanc
tam ducerent. Cum vero nauigaſſent
ventus erat eis oppoſitus ⁊ ſubito du
cti ſunt ad eandem ciuitatem in qua e/
rat mater eius in caſtro. Qualis quo
qꝫ ciuitas erat aut quod regnum naute
penitus ignorabant. Cum āt ciuitatē

miles itraſſet. qdā ciuis ei occurrebat
⁊ ait ei Dñe q̊ tēditꝭ Et ille Hoſpitiū
q̄ro. Ciuis vo ad domū ſuā eū cū tota
familia ſua duxit ⁊ ſplendide eis mī
ſtrauit. Cum vero in menſa ſederent:
dominus Gregoriꝰ hoſpiti dixit. Do
mine: qualis eſt ciuitas iſta: ⁊ quis do
minus iſtius terre. At ille. Cariſſime.
Unum virum valentem imperatorem
habuimus qui mortuus eſt in terra ſāc
corda extraxit ſeneſcallum. ſic filius dei cum corda paſſionis ſue nos extraxit de fouea miſerie ⁊ de poteſtate dyaboli. Sed miſer homo hoc non obſtante ingratus efficitur deo: quotiens contra legem dei peccat. Guido erat verberatus Sic homo quando mortaliter peccat: quantum in eo eſt deum iterato crucifigit. Sed leo deus dedit chriſto inquantum homini decem azinos oneratos .i. omnia precepta ſub eius poteſtate antiqua ⁊ noua diſpenſando cum homine. Et ſi illa precepta fecerimus: ad eternas diuitias perueniemus. Guido lingua ſcindebat id eſt conſciencia tua ſtimulat perpetrare per que corpus ⁊ animam in die iudicij operiri poteris: propter que requiem eternam obtinebis: quia ſi contra conſcientiam agas ad gehennam ignis deduceris. Serpens dedit ei lapidē triplici colore coloratum. Sic prelatus ⁊ confeſſor per informationē ſacre ſcripture poterat lapidem .i. chriſtum obtinere. Ille lapis erat pulcher ⁊ albus Sic chriſtus ſpecioſus forma pre filijs hominū. Item niger erat per chriſti paſſionem Rubicundus per ſanguinis effuſionem. Qui ergo iſtum lapidez portat ille habet abundantiaz ſine defectu. nec illum lapidem debes vendere a ſeipſo: niſi det tantum precium quantum xp̄us exigit ſcz per contritionē confeſſionē ⁊ ſatiſfactionem. Sed ingrati in patibulo infernali erunt ſuſpenſi. Electi vero vitam eternam obtinebunt. Quod nobis concedat. qui ſine fine. ⁊c̄.

De ſubtili mulierum deceptione ⁊ deceptorū excecatione. Ca. cxx.

Darius regnauit prudens valde: qui tres filios habuit quos multuz dilexit. Cum vero mori deberet: totam hereditatem primogenito legauit. Secundo filio dedit omnia que in tempore ſuo acquiſiuit. Tercio filio. ſcz. iuniori tria iocalia precioſa dedit. ſ. anuluz aureum. monile ⁊ pannū precioſum Anulus illam virtutem habuit ꝙ qui ipſuz in digito geſtabat gratiaz omniū habuit. intantū ꝙ quicquid ab eis peteret obtineret. Monile illā virtutem habuit: ꝙ qui euz in pectore portabat quicquid cor ſuū deſiderabat quod poſſibile eſſet obtineret. Pannus illam virtutem habuit: ꝙ quicumqꝫ ſuper eum ſederet ⁊ intra ſe cogitaret vbicumqꝫ eſſe vellet ſubito ibi eſſet. Iſta tria iocalia dedit filio ſuo iuniori vt ad ſtudium pergeret ⁊ mater ea cuſtodiret ⁊ tempore oportuno ei daret. Statimqꝫ rex ſpiritū emiſit: qui honorifice eſt ſepultus Duo primi filij eius legata occupabant. Tercius filius anulum a matre recepit vt ad ſtudium pergeret. Cui mater dixit Fili ſcientiam acquire. ⁊ caueas a muliere: ne forte anulum perdas. Ionathas anulū accepit. ad ſtudium acceſſit ⁊ in ſciēna profecit. Poſt hoc cito quadam die in platea ei quedam puella occurrebat ſatis formoſa: captus eius amore eā ſecū duxit. ⁊ continuo anulo vtebatur. gratiam omniū habuit. ⁊ quicquid voluit ab eis habere obtinuit. Puella eius concubina mirabatur ꝙ tam laute viueret. cum tamen pecuniam non haberet. Ra tionem quadam vice cum letus eſſz q̄ſiuit: dicens ꝙ creatura ſub celo non eſſz quam magis diligeret ideo ſibi dicere deberet. Ille de malicia non premeditatus ſibi dixit virtutem anuli eſſe talem ⁊c̄. At illa. cum ſingulis diebus cuz hominibus conuerſare ſoles perdere poſſes. Ideo cuſtodiam tibi eum fideliter qui tradidit ei anulum: quem cum rehabere non poſſet fleuit amare: quia vnde viueret non habuit. Qui ſtatim ad

reginam matrem ſuam eſt reuerſus de-
nuncians ei anulum perditum. At illa.
Fili mi tibi predixi vt a muliere te caue
as Ecce tibi iam trado monile quod di
ligentius cuſtodias ſi perdideris hono
re ꝛ commodo perpetuo carebis. Jona
thas monile recepit ꝛ ad idez ſtudiū eſt
reuerſus ꝛ ecce cōcubina eius in porta
ciuitatis occurrit ꝛ cum gaudio eum re
cepit. Jlle vt prius eam ſecum habuit
Monili in pectore vtebat̄ ꝛ quicquid
cogitabat habebat. Et ſicut prius cōui
uia multa habuit ꝛ laute vixit. Concu-
bina mirabatur quia nec aurum nec ar-
gentum videbat Cogitabat ꝙ aliud io
cale apportatum eſſet quod ſagaciter ab
eo indagauit. Qui ei monile oſtendit ꝛ
virtutem eius dixit. Que ait ſemper.
monile tecum portas. vna hora tantum
cogitare poſſes ꝙ per annum ſufficeret
tibi ideo trade mihi ad coſtodiendum.
At ille. Timeo ꝙ ſicut anulum perdidi
ſti ſic perderes monile. Et ſic damnum
maximum incurrerem. Que ait O do
mine iam per anulum cuſtodiendi ſcien
tiam acquiſiui vade tibi fideliter ꝓmit-
to ꝙ ſic cuſtodiaz monile ꝙ nullus poſ
ſet auferre a me Jlle credēs dcīs ei⁹ mo
nile ei tradidit. poſtq̄ȝ omnia conſump
ta fuiſſent. Monile petijt illa ſicut pri⁹
iurauit: ꝙ furtiue ablatum eſſʒ. Quod
audiens Jonathas fleuit amare ꝛ ait.
Nonne ſenſum perdidi ꝙ poſt anulum
perditum monile tibi tradidi. perrexit ad
matrem ꝛ totum proceſſum ei nunci
auit. Jlla non modicum dolens dixit.
O fili cariſſime quare ſpem poſuiſti in
muliere. iam altera vice deceptus es ꝑ
eam. Et ab omnibus vt ſtultus reputa
ris ammodo ſapientiam addiſcas quia
nihil habeo tibi niſi pannum precioſuz
quem pater tuus tibi dedit ꝛ ſi illuz per
dideris ad me amplius redire non va-
leas. Jlle pannum recepit ꝛ ad ſtudiuz
perrexit ꝛ cōcubina eius vt prius eū
gaudenter recepit. Qui expandens pā
num dixit. Cariſſima iſtum pannuz de
dit mihi pater meus ꝛ ambo poſuerunt
ſe ſupra pannum Jonathas intra ſe co
gitabat. vtinam eſſemus in tantam di-
ſtantiam vbi nullus hominum venit. ꝛ
ſic factum eſt. fuerūt eñi in fine mundi
in vna foreſta q̄ multum diſtabat ab ho
minibus. Jlla triſtatur. ꝛ Jonathas vo
tum vouit deo celi ꝙ dimitteret eam be
ſtijs ad deuorandū donec redderet anu
lum ꝛ monile: que promiſit facere ſi poſ
ſet. Et ad petitionem concubine Jona-
thas virtutem panni dixit ſcilicet qui-
cunq; ſuꝑ eo quieſceret ꝛ cogitaret vbi
eſſe vellet: ibi ſtatim eſſet. Deinde ipſa
ſe ſupra pannum poſuit ꝛ caput eius in
gremio ſuo collocauit ꝛ dum dormire
cepiſſet ipſa partem panni ſupra quam
ſedebat ad ſe traxit. At illa cogitabat.
Utinaz eſſem in loco vbi mane fui: q̄d
factum eſt. ꝛ Jonathas dormiens in fo
reſta manſit. Cum autem de ſomno ſur
rexiſſʒ ꝛ pannū ablatum cum concubi
na vidiſſet: fleuit amariſſime. nec ſciuit
ad quem locum pergere deberet. Sur-
rexit ꝛ ſigno crucis ſe muniens per quā-
dam viam ambulauit per quā ad aquā
profundam venit per quā tranſire opor
tebat: que tā amara ꝛ feruida fuit ꝙ car
nes pedum vſq; ad nuda oſſa ſeparauit
Jlle vero de hoc cōtriſtatus vas de illa
aqua impleuit ꝛ ſecum portauit ꝛ vlte-
rius veniēs cepit eſurire. videns quan
dam arborem de fructu eius comedit ꝛ
ſtatī factus eſt leproſus. De fructu illo
etiam collegit ꝛ ſic portauit. Tunc veni
ens ad aliam aquam. per quam tranſi-
uit que aqua carnes pedū reſtaurabat.
vas de ea impleuit ꝛ ſecum portauit ꝛ
vlterius procedēs cepit eſurire. vidēs
quandam arborem. de cuius fructu ce-
pit ꝛ comedit. Et ſicut per primuz fruc

tum infectus erat ſic per ſecundū fructū a lepra eſt mūdatus De illo fructu etiā attulit ⁊ ſecū portauit. Dū vero vlteri⁹ ambularet. vidit quoddā caſtrū ⁊ duo hoīes ei obuiabant querētes quis eſſ; At ille. Medicus perit⁹ ſum Qui dixerunt. Rex iſtius regni manet in iſto caſtro ⁊ eſt hō leproſus. ſi eū a lepra curare poſſes multas diuitias tibi dar;. At ille. Etiā. Qui adducētes ipm ad regē dedit ei de ſcdo fructu ⁊ curatus eſt a lepra. ⁊ de ſcda aqua ad bibendum q̄ carnes ei⁹ reſtaurabat Rex ergo multa donaria ei cōtulit Jonathas igitur poſtea inuenit nauē de ciuitate ſua ⁊ illuc trāſfretauit. Rumor p totā ciuitatē exiuit ꝙ magnus medicus aduenit ⁊ ꝯcubina ſua q̄ abſtulerat ei iocalia ad morte; infirmata eſt mittens pro medico iſto. ionathas ignotus eſt ab oibꝫ. Sed ipē eā cognoſcens dixit ei. ꝙ medicina ſua non valeret ei niſi prius confiteret̄ omnia peccata ſua ⁊ ſi aliquem defrudaſſet ꝙ redderet. Illa vero alta voce confitebatur quomodo Jonatham decepiſſ; de anulo monili ⁊ panno ⁊ quō eum in loco deſerto reliquiſſet beſtijs ad deuorandum. Jlle hoc audiens ait. Dic mihi domīa vbi ſunt iſta tria iocalia. At illa Jn archa mea. ⁊ dedit ei claues arche ⁊ inuenit ea Jonathas ei de fructu illi⁹ arboris a qua lepram recepit ad comedendum dedit ⁊ de aqua prima que carnem de oſſibus ſeparauit ad bibendum ei tribuit ⁊ cum guſtaſſet ⁊ bibiſſet: ſtatim eſt areſacta ⁊ dolores īteriores ſentiens lacrimabiliter clamauit. Jonathas cum iocalibus ad matrem ſuā perrexit de cuius aduentu totus populus gaudebat. Jlle vero matri a principio vſq; ad finem narrauit quomodo deus eum a multis malis periculis liberauit ⁊ per aliquos ānos vixit ⁊ vitam ſuam in pace finiuit.

Cariſſimi Moralizatio

Jſte rex ē dominus noſter ihēſus xp̄us. Regina mater eccleſia. tres filij homines in mundo viuentes. Per primum intelligo diuites ⁊ mūdi potentes quibus deus dat mundi voluntatem. per ſecundum mundi ſapientes qui per ſapientiam mundanā quicquid habēt acquirunt: p tercium filiū bonū xp̄ianum ab etno electū cui dedit de⁹ tria iocalia. ſ. anulū fidei monile ſue gr̄e ſiue ſpei ⁊ pānū caritat̄. Vn̄ quicūq; anulū fidei portauerit gr̄am dei ⁊ hoīs ⁊ amorē hr̄e poterit intm̄ ꝙ quicquid deſiderat obtinebit ſicut ſcribit aplſ. Si habueritis fidem vt granū ſynapis poteritis dicere huic monti tranſi ⁊ tranſiet Si vero in pectore hoc eſt in corde monile ſpei habueris cogita qđ volueris ⁊ qđ iuſtum eſt obtinebis. Unde euangeliſta dicit. Petite ⁊ accipietis. querite ⁊ inuenietis Et ad corint̄. Spe ſalui facti ſumus Si vero pannum caritatis habueritis vbicūq; eſſe volueritis obtinebit̄. apoſtolus. ad corinth. j. Caritas non q̄ ſua ſunt querit ſed que ihēſu criſti. Et pme Johānis primo Deus caritas eſt S; iſta tria iocalia ſepius pdit homo in ſtudio iſtius mundi per concubinam ſua; id eſt carnem ſcilicet per carnalem cōcupiſcentiā. Quia caro ſpiritui aduerſat̄ Cōcubina traxit pannū a ionatha ipſo dormiēte. Sic caro ſepi⁹ caritatē ab homine trahit p pctm̄ mortale ⁊ eū in peccatis dormientē dimittit hoīnem ab oī gr̄a ⁊ adiutorio dei q̄diu in peccato iacet Jonathas excitatus a ſomno fleuit amariſſime Sic tu poſtq; excitatus fueris a ſomno peccati ⁊ te inueneris ſine gratia ⁊ virtutibus merito flere poter̄ Quid ergo eſt faciendum. Surge velociter per opera miſericordie ⁊ ſigna te

ſignaculo ſancte crucis in pectore ⁊ in
uenies viam ſalutis. perge quouſqꝫ ve
neris ad aquam. per quam caro ſepara/
tur ab oſſibus. Aqua illa eſt contritio
que tam amara debet eſſe. ꝙ debet ſepa
rare carnem id eſt carnales delectatiões
ab oſſibus id ē peccatis in quibus deuz
offendiſti ⁊ vas cordis tui de hac aqua
debes īplere ⁊ qꝫdiu in hoc mortali cor
pore fueris contritionem in corde habe/
as Deinde vlterius debes procedere ⁊
fructum arboris comedere Jlle fructus
eſt penitentia per quam anima ſuſtenta
retur ⁊ corpus denigratur ſepi⁹ ad mo
dum leproſi. Jllum fructum debes col
ligere ⁊ ſemper tecum portare. Cum vl
terius proceſſiſſet venit ad ſecundam
aquam per quam caro erat reſtaurata.
Aqua iſta eſt confeſſio que reſtaurat vir
tutes perditas. Cum vero vlteri⁹ per/
geret de fructu ſecunde arboris ꝯmedit
⁊ curatus eſt. fructus ille eſt fructus pe
nitentie ſcilicꝫ oratõnis ieiunij ⁊ elemo
ſine. De iſtis fluuijs ⁊ fructibus de/
bes ſemper portare tecum. vt ſi a caſu
aliquem regem leproſum inueneris. ip
ſum cures Rex iſte dicitur homo ꝑ pec
catum infectus qui per fructum confeſ
ſionis ⁊ aquam contritionis curari po
terit. Duo que ſibi in via occurrerunt
⁊ ad curandū te ducunt: ſunt timor dei
⁊ gehenne propter que homo declinat
a malo ⁊ facit bonum. Naues que iona
tham duxerunt ad patriaꝫ ſunt diuina
precepta q̄ nos ducunt ad gaudia eter
na. Sed oportet nos prius videre con
cubinam ſcilicet carnem ſpiritui contra
riam ⁊ eam in lecto carnalis concupiſcē
tie inuenies. Da ei de fructu penitētie
cum aqua contritionis per que duo in
tumeſcat hoc eſt eleuetur per bonam de
uotõnem ad recipiendum iugum peni
tentie. ⁊ ſic tu poteris ſpiritum deo red
dere cum iocalibus id eſt bonis virtuti
bus ad patriā regni celeſtis peruenire.
Ad quam nos perducat pater ⁊ filius
⁊ ſpiritus ⁊c̄.

De gloria mundi ⁊ luxuria: que mul
tos decepit ⁊ ad interitum deducit.

Capitulum. C.xxi.

lim erat qui
dam rex qui habuit duos
milites in vna ciuitate vn⁹
erat ſenex alter iuuenis. Senex erat di
ues ⁊ pulchram puellam propter eius
pulchritudinem in vxorem duxit. Ju
uenis miles erat pauper ⁊ quandam ve
tulam locupletam propter diuitias ac
cepit quam miles non multum dilexit
Accidit ſemel ꝙ miles iuuenis ꝑ caſtꝝ
ſenis militis ambularet ⁊ vxor ſenis mi
litis in quadam feneſtra in ſolatio ſede
bat ⁊ dulciter cantabat. Juuenis cum
eam vidiſſet captus eſt in amore eius.
⁊ in animo cogitabat. Melior eſſꝫ com
binatio inter me ⁊ illam iuuenculam qꝫ
inter ipſam ⁊ virum ſuum qui eſt homo
ſenex ⁊ impotens. Et ꝙ vxor mea eſſet
vxor eius. Et ab illo die incepit eaꝫ di
ligere ⁊ clinodia dare. Domina eu am
miro modo eum dilexit ⁊ quando potu
it ad euꝫ acceſſit ⁊ in omnibus viribus
nitebatur ſi poſſibile eſſet in virum acci
pere poſt mortem viri ſui. Erat autem
ante feneſtram caſtri ſenis militis arbor
fici in qua omni nocte philomena reſi
debat que dulciter cantabat ꝓpter cui⁹
cantum domina ſingulis noctibus ſur
rexit ⁊ ad feneſtram perrexit ⁊ per mag
nū ſpacium ibidem exſpectabat vt can
ticum philomene audirꝫ. Cum hoc per
cepiſſet vir eius ꝙ ſingulis noctibus
ſurgeret ait ei. Cariſſima qua de cauſa
de lecto ſingulis noctibus ſurgis Que
reſpondit ꝙ ſuper arborē fici omni noc

te resideret philomena que tã dulciter
cantat ꝙ oportz me surgere ⁊ eã audire
Miles hoc audiens de mane surrexit ⁊
cum arcu ⁊ sagitta ad arborem fici prex
it philomenam occidit ⁊ cor extraxit ⁊
vxori presentauit. dña videns cor phi
lomene fleuit amare dicẽs O bona phi
lomena fecisti qđ debuisti ego sum cau
sa mortis tue. statim nuncium ad iuue
nem militem misit nunciando ei crude
litatem mariti eo ꝙ philomenam inter
fecisset. Miles hoc audiens cõmota
sunt omnia viscera ei⁹ ⁊ ait in corde suo
O si ꝯstaret isti crudeli quãtus ẽ amor
inter me ⁊ suam vxorez peius me tracta
ret. Armauit se duplici armatura ⁊ ca
strum intrauit ⁊ senem militem occidit
Post hoc cito moritur vxor sua ⁊ post
hoc cũ mag° gaudio vxorez senis militis
occidit ⁊ in mrimoniũ duxit ⁊ ambo lõ
go tempore vixerunt ⁊ in pace vitam fi
nierunt.

Carissimi Moralizatio

Ex istos du
os milites intelligere debẽ
mus moysem prophetaz ⁊ dñm nostrũ
ihesum cristum. Cristus erat senex qui
ab eterno iuuenculam desponsauit scilz
legem nouam. Moyses erat iuuenis
qz in tempore factus qui legem antiquã
desposauit. Arbor in qua philomena cã
tauit est crux in qua crist⁹ pependit. phi
lomena est eius humanitas: que dulci
ter cantabat quando patrem celestez ꝓ
genere humano rogauit. Sed iudei nõ
poterant pati ꝙ domina surgeret de lec
to id est ꝙ tot surgerent de lecto peccati
⁊ cristum insequebantur. ideo eius hu
manitatem occiderũt ⁊ cor eius extrax
it id est amorem quem nobis ostendit
id est cuilibet cristiano ostendit vt a pec
cato quiescat ⁊ deo fideliť seruiat. Mo
yses vero armauit se duplici armatura.
⁊ leonez occidit id est armauit se cerimo
niis ⁊ circumcisione. ⁊ non tantum pec
cata eius sed omniuz fidelium a primo
parente vsqz ad aduentum cristi ipsum
occiderunt. Sicut est scriptũ. Ipse pec
cata nostra in corpore suo tulit. Quid
sequit̃ postea? Certe moyses id est qui
libet fidelis homo qui desideret ianuam
regni celestis intrare oportet vt legez de
sponset. Iuxta illud mathe. Qui credi
derit ⁊ baptisatus fuerit saluus erit ⁊c.

De adulteris mulierib⁹. Et excecatione quorundam prelatorum.

Capitulum Cxxij.

Iles quidaz
perrexit vt vineam suam vi
demiaret. vxor autem eius
putãs ipsum diutius moraturum ama
sium habuit pro quo misit vt cito veni
ret. Qui venit cameram intrauit ⁊ cuz
ambo in stratu essent venit miles scilicet
maritus ramo vinee in oculo percussus
ostium percutit: ⁊ illa tremebunda ape
ruit prius tamen amasium abscondit.
Miles ergo intrans oculum doluit
⁊ lectum vt quiesceret pare iussit Tunc
vxor timens ne amasium in camera lati
tãtem videre posset. marito ait. Quid
festinas ad lectum: dic mihi quid acci
dit Illo vero referente: ipsa respondit
Dimitte me inquit domine vt sanũ ocu
lum arte medicinali confirmem ne illo
forsitan morbo alterũ similiter amittas
Quod ille sustinens os suum illa quasi
pro medicina supra mariti oculum sanũ
apposuit ⁊ manu amasio innuens ille re
cessit. Quo facto: dixit vxor marito.
Modo secura sum ꝙ nullum malũ ocu
lo sano eueniet. Iam lectum ascende ⁊
quiesce.

Iles iste est prelat⁹
eccie qui habz scãm eccãm custodire ⁊

oues ſibi traditas regere. Uxor adulte
rata eſt anima que ſepius per peccatum
dyabolo adheret. miles percutitur ocu/
lo quotiens prelatus muneribus exce/
catur. Quia ſcriptum eſt eccīaſ. ix. mu
nera excecant oculos iudicum. ſic ꝙ ne
ceſſe habeat cameram bone vite intrare
⁊ omnem auariciam ⁊ cupiditatem a ſe
excutere per penitentiam tunc audacter
debet oſtium cordis ſui percutere. tunc
vxor id eſt anima aperiet vt gloriaꝫ dei
recipiet. Sed heu ſepe per carnales af
fectiones ⁊ mundi blandicias oculū ſa
num ſcilicet cordis cum quo deberemus
deum contemplari offuſcant per mundi
vanitates ⁊ carnis voluptates intantum
ꝙ periculum ſuijpſius ⁊ ſubditorū nō
poterit aduertere ⁊ per penitētiam emē
dare Studeat ergo vnuſquiſqꝫ ſic ocu
los mentis ad deum dirigere: vt pote/
rit omne velamen peccati expellere

Q̄ iuuēcule per parentes ſunt a lux
urioſis cohercende ⁊ voluntati proprie
non relinquende

Capitulum. Cxxiij.

Jles quidaꝫ
erat qui pergere ꝓficiſcens
cōmiſit vxorē ſocrui ſuo ſer
uandam id eſt matri vxoris ſue. Uxor
autem poſt deceſſum mariti quēdam iu
uenem amauit ꝙ matri indicauit. Illa
vero ſtatim ſibi fauens iuuenem accer/
ſiuit: quibus epulantibus miles adue/
niens oſtiū pulſauit. Statim vxor ſur
gens amaſium in lecto abſcōdit ⁊ poſt
hoc oſtium marito aperuit Qui cū itra
uit precepit vt lect⁹ pararetur. Laſſus
namqꝫ quieſcere voluit. Uxor vero tur
bata quid faceret cogitauit. Quod vi/
dens mater ait. Ne feſtines filia lectum
parare donec monſtremus marito tuo
lintheum quod fecimus Mater erigēs
lintheum quantū potuit per vnū cornu
alterum filie ad ſubleuandum dedit Et
tamdiu linthēū extenderunt donec ama
ſius eſt egreſſus ⁊ ſic maritus deluſus ē
per extēſionē linthei. Quo facto ait m̄r
filie ſue. Nunc extende lintheum ſuper
lectum mariti tui quod manibus tuis ⁊
meis contextum eſt.

Cariſſimi Moralizatio

Jles iſte eſt
quilibet homo qui poſt bap
tiſmum pergit tanqꝫ peregrinus in mū
do iſto. Quia qꝫdiu hic ſumus peregri
ni ſumus. pſalmiſta Ego peregrin⁹ ſum
⁊ filius matris mee Sed in illa peregri
natione vxor ſcilicet caro ſepius adul/
teratur cum vicijs ⁊ concupiſcentijs.
Miles ad oſtium pulſat quotiēs recor/
datur quid ⁊ quantum contra deum de
liquit ⁊ ideo tenetur pulſare id eſt orare
ieiunare elemoſinam dare ⁊ alia bona
opera facere ⁊ ſic poterit cameram bone
vite intrare ⁊ in predictis diuitijs quieſ
cere Sed vxor id eſt caro ſepe hoc perci
piens ꝙ homo penitētiam proponit fa
cere turbatur. quia non ſuſtinet libēter
ad agendum penitētiam. ſtatim mater
id eſt mundus hoc percipiens erigit lin
theamen id eſt mūdi vanitatem in qui/
bus tantum homo delectatur ꝙ pericu
lum proprium nō aduertit: quod eſt do
lendum.

Q̄ mulieribus non eſt credendum
neqꝫ archana cōmittendum. quoniam
tempore iracundie non celant.

Capitulum Cxxiiij.

Uidā miles
generoſus quēdam regem
a quo feudatus erat grauit᷑
offenderat miſit ad eum milites vt pro
eo intercederent. Uix eni eius amicitiā
ſub hoc pacto obtinuerūt. ſ. ꝙ ad curiā
eius pedeſter ⁊ equeſter pariter veniret

id eſt ſemiequitans ⁊ ſemiambulans.
Et ꝙ duceret ſecum amicū fideliſſimū
⁊ ioculatorē optimū ⁊ inimicum perfi/
diſſimum. Miles multū contriſtatus
cogitare cepit quō hoc implere poſſet.
Quadam vero nocte cum peregrinuꝫ
quendam hoſpicio recepiſſet clam dix
it vxori ſue. Scio ꝙ ꝑegrini promptā
pecuniam ſecum portant. Volo ergo ſi
tu ſuaſeris eum interficere ⁊ pecuniam
eius obtinebimꝰ. At illa. Bonū eſt cō
ſilium. Cunctis ergo dormientibus: cir
ca diluculum ſurgit miles: excitans pe
regrinum ⁊ abire iubet ⁊ vnum de ſuis
vitulis in fruſtra ſcidit ponens eum in
ſacco Deinde vxorē ſuam excitat dans
ſibi ſaccum vt in angulo domus abſcō/
derent dicens. Tantum caput ⁊ crura
cum brachijs in hoc ſacco poſui. corpꝰ
aūt in noſtro ſtabulo ſepeliui. Hijs dic
tis aliquātulam pecuniam ſibi oſtende
bat. ac ſi illam peregrino mortuo abſtu
liſſet. Cum autem dies adeſſet vt dn̄o
ſuo ſe preſentaret. accipiens a dexteris
canem ⁊ paruuꝫ filium ſuum in gremio
⁊ vxorem a ſiniſtris ad caſtrum perrex
it. Cum caſtro domini ſui appropinqua
ret dextrū crus ſuper dorſum canis ſui
velut equitans poſuit. per alterum gra
diendo. ſicqꝫ pedeſter ⁊ equeſter caſtrū
dn̄i ſui intrauit. Quo viſo rex cū aſtan
tibus mirabatᷣ. Ait ei iudex. Ubi ē ami
cus tuus fideliſſimus. Qui ſtatim eua/
ginans gladium ſuum canem grauiter
vulnerauit qui cuꝫ clamore ⁊ dolore fu
git Deinde miles eum reuocat ⁊ canis
ad eum venit. Ecce fideliſſimum amicū
meum. Cui rex. Verum dicis. Ubi eſt
ioculator tuus Cui miles. Ecce paruu
lus filiꝰ meus cū ante me ludit magnū
ſolacium mihi facit. Ait rex. Ubi ē max
imus inimicus tuus. Qui ſtatim dedit
alapam vxori ſue dicens. Quare tu tā
impudice reſpicias dn̄m meum regem

Illa ſtatim reſpōdit. O maledicte ho/
micida quare me percutis. Nōne in do
mo tua ꝓpria lamentabile homicidium
perpetraſti ⁊ pro modica pecunia pere/
grinum occidiſti Iterum miles dedit ei
alapam dicens. O maledicta. cur filiū
tuum depingere non formidas. Que
ſtatim iracunda tota facta eſt. ⁊ dixit.
Venite oſtendam vobis ſaccum in quo
occiſi peregrini caput ⁊ brachia poſuit
⁊ ſtabuluꝫ in quo eius corpus ſepeliuit
Cum veniſſent vt experirētur ⁊ locum
eius vxor oſtenderet: cito effodientes
viſis carnibus vitulinis obſtupuerunt
Aſtutiam militis cognoſcentes dignis
laudibus eum extulerunt Qui poſtea
domino ſuo regi ſpecialis dilectiōis vi
culo eſt annexus.

Cariſſimi Moralizatio

Miles iſte qui
ſui regis gratiam perdidit.
eſt peccator qui ad obtinendam gratiaꝫ
dn̄i ſui: ꝓmittit interceſſores deo .ſ. di/
lectos hoīes quaſi ꝯſanguineos ⁊ ami
cos Ut tāt dn̄o ſuo ſatiſfaciat. pedeſter
veniat ⁊ eq̄ſter. pedeſter .i. terrena ⁊ tpa
lia quaſi deſpectabilia ꝯculcādo Eq̄ſter
ꝟo toto cordis deſiderio celeſtia ꝯtem
plando Sꝫ canē qꝫ a dextris ꝓ amico fi
deliſſimo ſecū ducat .i. āgelū ſuū bonū
vel pſbr̄m q aīaꝫ ſuā hꝫ cuſtodire q̄ lꝫ ſe
pius gladio ſuoꝝ criminū vulnerꝫ ⁊ of
fendat: recurrit tn̄ fidelr̄ vt amicus qui
ſua ſecreta corā familia pꝛīcipis ⁊ ami
cis tenebit Ioculatorē .i. pueꝝ puū in
gremio ē ꝯſcia q̄ ſi bn̄ regulatᷣ multū de
lectatur Uxorē ꝟo a ſiniſtris ꝓ inimico
ꝑfidiſſimo ducat .i. carnis molliciē vel
demonū qui ſua ſecreta corā familia pꝛī
cipis ⁊ amicis .i. corā cūctis angelꝭ atqꝫ
ſanctis īminente mortis hora in perditi
onem ſui detegit ⁊ reuelat. Tunc meri
to laudabilr̄ miles ſapiens ⁊ diſcretus

qui predictas fallacias ſic fefellit occulte vitulū mactando ⁊ in ſecreto domus in angulo ſubterrando. nec occulte homicidiū perpetrādo id eſt corpus ꝓpriū in cubiculo flagellādo aut ſecreta peccatoris ꝯſcientia lacrimis inteſa imitādo nec tamen homicidiū perpetrando. modum debitum non excedendo ſed ieiunijs ⁊ orationibus ⁊ alijs bonis opibꝫ ſapiēter in omnibus inſiſtendo per que tandem domini ſui gratiam quam ꝑdiderat rehabebit.

Mulieres nō ſolū pandunt ſecreta ſed ad hoc mentiuntur plura.

Capitulum Cxxv.

Rāt duo fratres quorum vnus laycus alter clericus. Laicus ſepe audierat a fratre ſuo ꝙ mulieres ſecretum alicuius non poterunt occultare. Cogitabat experiri hoc cum vxore ſibi dilctā cui dixit vna nocte. Cariſſima ſecretuꝫ habeo tibi pandere ſi certus eēm ꝙ nuulli diceres. quia ſi contrarium faceres confuſio intolerabilis mihi eſſet. At illa. Domine noli timere vnum corpus ſumus bonum tuum eſt meū ⁊ ecōuerſo ⁊ etiam malum ſimiliter Qui ait Cum ad priuata acceſſiſſeꝫ vt opꝰ nature facerē coruꝰ nigerrimꝰ a ꝑte poſteriori euolabat. de quo ſum cōtriſtatꝰ Que ait. Letus eſſe debes ꝙ a tanta paſſiōe es liberatus. Mane vero mulier ſurrexit ad domum proximi ſui iuit. ⁊ dn̄e domus dixit O domina cariſſima potero tibi pandere aliqua ſecreta. Que ait. Ita ſecure ſicut anime me. Que dixit Mirabil' caſus accidit marito meo nocte iſta acceſſit ad priuata vt opus nature faceret ⁊ ecce duo corui nigerrimi a parte poſteriori euolabant de quo multum doleo. Et illa ad aliam vicinā narrauit de tribus Et tercia de quatuor Et ſic vltra ꝙ ille diffamatꝰ eſt ꝙ .lx. corni de eo euolaſſent Ille turbatus de rumore conuocauit populū cui narrauit rem geſtam quomō mulierem voluit experiri ſi ſciret ſecretuꝫ tenere. Poſt hoc mortua vxor eius ⁊ ille cenobium intrauit litteras didicit tres. Quarum prima ē nigra ſecunda rubea. tercia candida.

Cariſſimi Moralizatio

Ile qui maliciam mulieruꝫ probauit poteſt dici homo mundanus ⁊ qui conam ine toto laborat vt bona mundana acquirat vt cū ſepe credit ſine offenſione euadere cadit in mille vt qui cadit in ſuperbiam cadit in multos alios defectꝰ contra ſalutem anime ſue Et hoc eſt coruū nigrum a parte poſteriori exire id ē peccatum in effectu ⁊ ſic homo diffamatur ⁊ non tantum per vxorem propriaꝫ ſcilicet carnem ſed per vicinas alias ſcilicet per quinqꝫ ſenſus Fac ergo tu ſicut ⁊ ille collige populum id eſt oīa preterita ⁊ preſentia facta tua ⁊ purga te per viam confeſſionis ⁊ tunc poteris cenobium bone vite intrare ⁊ in tribus litteris ſtudere per quod ſtudium acquiris brauium eternum Prima littera eſt nigra ⁊ eſt recordatio peccatoruꝫ q̄ tanqꝫ nigra ⁊ grauis ſarcina torquent ⁊ cruciant cotidie pectus tuum cum recordatione pene infernalis. Secunda littara ē rubea ⁊ eſt recordatio roſei ſāguinis tui creatoris quē in cruce pro te miſero peccatore de quinqꝫ riuulis ſuis fuſum miſericorditer abundāter tribuit. Tercia littera eſt candida ⁊ eſt deſiderium celeſtium gaudiorum ⁊ eorum que ſequuntur agnum dei in albis quocunqꝫ ierit. ſi iſta tria ī corde firmit' nobiſcū habuerimꝰ ſine dubio regnum eternum obtinebimus ad qđ nos ⁊c.

Q; mulierib; in nullo eſt credendū

⁊ preſertī de ſecretis. Exēplū iocale Capitulum. Cxxvi.

Macrobius refert ꝙ quidā puer roman⁹ noīe papirus ſemel cū pr̄e ſenatum ſapientum intrauit vbi q̄ddā ſecretū ꝯſiliū preceptū erat ſub pena capitis cuſtodiri. Cū puer eſſet reuerſus ad domū. mater eius īterrogauit puerū quid cōſules occultari ſub pena capitis ſtatuiſſent. Ait puer. Non licet te ſcire qm̄ pcipit̄ occultari. Audiēs h̄ mr̄ pl⁹ incepit precibus: ꝓmiſſis. minis ⁊ verberibus puerū ad reuelandū ſecretū īclinare. Tandē puer vt ſatiſfaceret matri ⁊ ſecretū teneret dixit. Hoc eſt conſiliū vtrū ſit melius ꝙ vnus vir plures mulieres ducat vel vna mulier ducat pl'es viros in matrimoniū. quo dicto: mat̄ aliis feminis romanis ſecretū hoc ꝓpoſuit. Que altera die cum turma magna indeliberate venerūt ad ſenatores petētes potius vnam duob⁹ q̄ duas feminas vni viro nubere. Senatores vero pauētes: verecundi ſexus tam impudicam inſaniam mirabāt̄ quidnam ſibi vellet tanta feminarum intemperies vt parue rei prodigium ⁊ tam īuerecunda poſtulatio quid ſonaret. Puer papir⁹ hoc videns dixit ſenatoribus rem geſtā Qui puerum cōmendantes ſtatuerunt ꝙ hic puer ſp̄ ſenatui ītereſſet in ꝯſilio Cariſſimi Moralizatio

Iſte puer eſt quilibet homo purus puritate vite: qui cū pr̄e. i. p̄lato intrat cōſilium ſapientū. i. religioſorū in q̄ tractat̄ ſal⁹ ⁊ ſapīa aīe q̄ non oīb⁹ exponenda ē ſed ſicut decē vnumquēq̄ ſm ſtatū ſuū ⁊ penitentiā quā a ꝓprio ſacerdote recepit nō debet aliis reuelare ⁊ multa alia ſunt q̄ non debēt recitari Mater vero ē mund⁹ iſte q̄ ſuadet hoī religionē dimittere ſecreta pandere hoc eſt in corde nō retinere ſed poti⁹ vanitatib⁹ ſe ſubiicere ⁊ ſi nō poterit hoīem ſic ſeducere: tūc ꝑ minas. i. ꝑ tribulatōes ⁊ pauptates ipſum intēdit ſeducere. Fac ergo tu ſicut puer papirus. mundū decipias ꝑ volūtariā pauptatē ⁊ oſtēdas ei ꝙ due femine. i. diuerſa vicia carnalis delectatōis poti⁹ debent tradi ſub cuſtodia rōnis q̄ ꝙ ratio ſuppeditet̄ ſub volūtate ⁊ delcātione momētanea Sz ſine dubio quātum ē in corpe poti⁹ vult eligere ꝙ ratō ſuppeditetur ſed nullo mō aſſentire debes ſed econuerſo potius. Et ſic per cōſequens puer papirus id eſt homo purus poterit permanere inter ſapientes. ⁊ virtutes bonas habere id ē inter viros ſanctos ſiue ſanctas ꝯtinue poterit verba ſalutis audire ⁊ vitam eternam obtinere. Quam nobis ⁊c̄.

De iuſticia ⁊ equitate diſertiſſimi iudic̄ xp̄i ꝑ occulta iudicia C. cxxvii

Quidam miles tyrān⁹ erat qui ꝑ multa tempora quendam famulū fidelem tenuit ac in omnibus prouidū Quadam vero die cum ad nūdinas cū eodem ſeruo per nemus tranſirē accidit vt miles. xxx. marcas argenti in medio nemoris pderet famulo ignorante. Cū pecuniam non inueniret famulum īterrogauit ſi pecuniam inueniſſet qui ſtatī negauit ⁊ iurare cepit ꝙ nihil ſcirē ⁊ verum dixit. Qua non inuenta ſtatim pedē famuli āputauit ⁊ eo relicto domi perrexit. Erat prope viam quedam heremita qui cum fletum ⁊ clamorē famuli audiret velociter ei occurrit. Audiuit q̄ ꝯfeſſionē ipſius ⁊ dum cognoſceret eum innocentē ad hoſpitiū ſuū ipm̄ in ſuis hūer̄ portā do miſericordit̄ ꝓcurauit Deīde oratoriū ſuū intrauit ⁊ dn̄o

improꝑauit ꝙ non eſſet iuſtus iudex:
eo ꝙ illum innocentem hominē pedem
ſuum perdere pmiſiſſet. Cumqꝫ diuti⁹
oraſſet ⁊ fleuiſſet ⁊ dn̄o quaſi pro fal
ſo iudicio quodāmodo impropera ſſet
venit ad eum angelus dicens. Nunqd
legiſti in pſal. Deus iudex iuſtus fortꝭ
⁊ patiens. At ille Multotiens legi illd
⁊ credidi ex toto corde. ſed hodie erra-
ui aut ille miſer qui pedē ſuum perdidit
ſub velamīe confeſſionis decepit me.
Reſpondit angelus. Noli loqui aduer
ſus dn̄m iniquitatē. quia omnes vie e⁹
veritas: ⁊ iudicia eius equitas. Cōmē
da memorie qd ſepius legiſti. Judicia
dei abiſſus multa. Scias itaqꝫ illuꝫ ho
minē pedem ſuum ꝓ culpa veteri perdi
diſſe. Nam ante multa tempora cuꝫ eo
dem pede matrem ſuꝫ precipitauit ma
liuole de quadam biga Pro quo facto
poſtea nunqꝫ condignam penitentiaꝫ e-
git. Miles ille dn̄s ſuus volebat dextra
rium emere ad congreganduꝫ maiores
diuitias in detrimentū aīe ſue. ⁊ ideo iu
ſto iudicio dei perdidit pecuniam. Qui
dam pauper fidelis cum vxore ⁊ paruu
lis ſuis quotidie dn̄o ſupplicabat vt
dignaretur ſibi in neceſſarijs prouidere
qui pecuniam inuenit ⁊ confeſſori ſuo
obtulit diſpendendam. Qui circūqua
qꝫ ſciſſitando veraciter illum inuenire
non potuit cuius erat. Ergo eidē paupe
ri partem eiuſdeꝫ pecunie tribuit ꝓpter
deum. reſiduam alijs pauperibus ero-
gauit. Pone ergo cuſtodiā ori tuo. ne
dn̄o aliquatenus improperes vt feci
ſti. cum ipſe ſit iudex ver⁹ fortis ⁊ patiēs

Moralizatio.
Cariſſimi.

Miles iſte po
teſt dici quilibet bonus pre-
latus qui debꝫ idui armatura dei vt poſ
ſit ſtare firmiter contra inſidias dyabo
li. Famulus fidelis eſt ſubditus in oīm
bus prelato ſuo obediens Prelatus il
le habꝫ theſaurum ſcꝫ animas ad cuſto
diendum: quas ſepe ex negligentia ſua
perdidit. Quid ergo eſt faciendūꝫ Cer
te debꝫ diligenter qꝫdiu eſt in vita inq
rere ſalutem aīe. Et ſi inuenire non po-
terit: amputet pedē dextꝝ ſubditi Hoc
eſt talem rebellem caſtigare ⁊ eum ab ec
cleſia amputare: donec cognoſcat ſe deli
quiſſe. Sꝫ dic mihi quō. Ecce famul⁹
poſtqꝫ amiſit pedē incepit clamare. Sic
peccator ꝑ ꝯfeſſionē clamat vt dicit ꝓ-
pheta. Clama ne ceſſes quaſi tuba exal
ta vocem tuam. ⁊c̄. Ad cuius clamorē
heremita. i. diſcretus confeſſor habꝫ eū
portare in humeris ſuis hoc eſt eū infor
mando predicādo pn̄iam dando ⁊ i do-
mū eccl̄ie introducēdo ꝑ opa misericor-
die ⁊ hꝫ pro eo intercedere ad dominū
non ei improperando. ſed deum intime
deprecando. vt talē conuerſum ꝯſeruet
⁊ cuſtodiat. Qui aliqn̄ cum pede. i. af-
fectione peruerſa matrē ſuam. i. eccleſi-
am precipitauit quātum in eo fuit quā
do diuina precepta non cuſtodiuit. An
gel⁹ qui heremitā iformauit eſt conſcīa
pura non ficta cuiuſlibet prelati ⁊ cōfeſ
ſoris qui eos ligat ⁊ ducit vt ad clamo
rem peccatoris cito ei occurrāt ⁊ in do-
mum dei cito introducant Pauper qui
pecuniam inuenit eſt xp̄us qui aīmaꝫ ſe
pe cuſtodit ne labatur in infernū donec
peccator per penitentiam reſurgat ⁊ ſic
animam mundam chriſto recipiat quia
ſine eo nullum bonum opus poſſim⁹ fa
cere. Pone ergo tu peccator cuſtodiaꝫ
ori tuo ne aliquid contra dn̄m dicere ꝑ
ſumas. Deus eñ eſt iuſtus iudex ⁊ for-
tis ⁊ patiens. ideo non dicas quare fe-
cit me ⁊ poſt hoc dimiſit me cadere Vel
alio modo poteſt reduci. Iſte vero mi-
les poteſt dici primus parens Adam

cui deus dedit infinita bona. quia eum conſtituit dominum omnium creaturarum. pſalmiſta. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. ⁊c. Famulus fidelis eſt ratio que in eo dominatur q̄diu in puritate vite remanſerit. theſaurum paradiſi quē deus ei cõmiſit ꝓ ſe ⁊ heredibus habet. Sed adam volens plura acquirere quando appetebat vt alter deus non eſſet: ſtatim theſaurum paradiſi perdidit ⁊ tunc pedem dexterum famuli amputauit. quia ſeductus per euam ſcilicz per ſenſualitatem non per rationem preceptum diuinum vilipendit. ſed oleum miſericordie clamando petijt in valle huiꝰ mundi quando in ſudore ſuo panem acquiſiuit. Cuius miſeriam videns dei filius de celo deſcendit ⁊ eum per proprium ſanguinem redemit ⁊ in domuz dei duxit quando infernum ſpoliauit. Ipſe peccata noſtra in corpore ſuo portauit: quando pro nobis miſeris mortuus ē. Pauper qui inuenit theſaurum eſt xp̄s qui paradiſum obtinuit. non pro ſe ſed pro omnibus qui euz diligunt. heremita deum deprecatus eſt. ſic xp̄us in paſſione per carnem incepit timere quādo dixit ſi poſſibile ē trāſeat a me calix iſte ⁊ rogauit pro genere humano. Studeamus igitur. ⁊c.

De iniuſte aliena bona occupantibus: grauis erit in extremis diſceptatõ
Capitulum cxxviij.

Arimianus regnauit: in cuius imperio erant duo milites quorum vnus erat iuſtus ⁊ timens deum: alter vero cupidus ⁊ diues: qui magis ſtuduit mundo placere q̄ deo. Miles iuſtus quandaz terram annexam terre cupidi habebat: quā cupidus toto conaīe deſiderabat habere. Sepius ad militē iuſtum perrexit ⁊ ei aurum ⁊ argentum obtulit quantum volebat: ſi terram illā ei venderet Ille vero ſemꝑ renuit ſic ꝙ triſtis receſſit. ſed cogitabat quomodo eum deciperet Accidit ꝙ iuſtus moreretur: quod audiens cupidus cartam nomine defuncti ſcribi fecerat quō defunctus in vita ſua per quādam ſummā pecunie ei terram quā deſiderabat vendidit Quo facto tres hoīes precio conduxit vt ei perhiberent teſtimoniū. Cum quibus ad defunctum acceſſit ⁊ ſigilluz eius inuenit in camera vbi defunctꝰ iacuit: omnes expulit exceptis ſuis teſtibus. Deinde coram teſtibus ſigillū in manu defuncti poſuit ⁊ pollicem ſuper ſigillum ita ꝙ cum pollice mortui cartaz ſuam ſignauit dicens. Ecce eſtis teſtis huius rei. Qui dixerunt Sumus. Et ſic ille miles terram illam vt ſuam occupauit. Cui filius defuncti dixit Quare terrā meā occupas. Qui reſpōdit Pater tuus mihi eā vendidit. Cui ille Pluries ad patrem meū veniſti ⁊ pecuniam obtuliſti ꝓ terra. ſed pater meus nunq̄ voluit eam vendere. Venerunt pariter adinuicem. Miles cupidus de emptione cartam ſigillatā ſigillo defuncti oſtēdit ⁊ teſtes adduxit qui huic teſtimonium ꝑhibuerunt. Cui filius defuncti dixit. Scio ꝙ hoc eſt ſigillum patris mei ſed ſcio ꝙ nunq̄ tibi vendidit. quomō ſigillum habuiſti ignoro quare ibi teſtimonium de hoc perhibeas Iudex vero iſtos tres ab īuicē ſepari fecit ⁊ militē ſimiliter. ⁊ ſeniorē fecit adduci querēs ab eo ſi orationem dominicam ſciret ⁊ fecit eum coram eo a principio vſq; ad finem dicere. Qui eam bene ſciuit. Et illum fecit poni in locum ſeorſum. Deinde iuſſit ſecundum adduci ⁊ ait ei. Cariſſime ante te ſocius tuus erat hic: qui mihi dixit ita verum ſicut pater noſter. Ideo niſi tu dicas mihi veritatem

quam a te queſiero in patibulo te ſuſpē
di faciam. Jlle cogitauit: ſocius meus
totum narrauit quomō miles pollicem
defuncti accepit ⁊ eius ſigillum ⁊ cartā
ſuam ſigillauit. niſi veritatē dixero ero
filius mortis. Qui omnia per ordinem
narrauit. Cum hoc audiſſet iudex: fecit
eum ſeorſuz poni ⁊ tercium adduci. cui
ait. Kariſſime ſocius veſter primus di
xit mihi ita verum ſicut pater noſter. ⁊
ſecundus etiam. ideo niſi tu mihi veri-
tatem dixeris morte turpiſſima morie-
ris. Jlle cogitauit. Socij mei omnia
ſecreta militis narrauerunt. ideo bonum
eſt vt veritatem dicam. Qui de verbo
ad verbum iudici narrauit quomō hoc
factum fuit. Quē iudex ſeorſum poni fe
cit. Et vocauit militez quē toruo vultu
reſpexit dicens. O maledicte cupidi-
tas tua excecauit te. Dic mihi quomō
miles defunctus terram quā occupas ti
bi vendidit. Jlle vero ignorās de cōfeſ
ſione teſtium allegauit ꝙ iuſte occupa-
ret. Cui rex. maledicte teſtes perhibent
teſtimonium contra te quomō ptꝰ mor
tem eius pollicem accepiſti ⁊ ſigilluz eꝰ
⁊ cartam tuā ſigillaſti. Quod audiens
miles ad terram cecidit ⁊ miſericordiā
petiuit. Ait ei rex. Miſericordiam quaz
meruiſti obtinebis. ⁊ fecit teſtes trahi
per caudas equorum vſqꝫ ad patibulū
⁊ ibi ſuſpendi ſimiliter ⁊ militem. Sa
trape regni iudicium ⁊ ſapientiam regꝭ
laudabant. ꝙ tam ſapienter veritatem
inueſtigaſſet ⁊ omnia que miles habe
bat dedit filio defuncti militis Qui gra
tias regi egit ⁊ hereditatem ſibi reſtitu
ſtituit.

Moralizatio.

Cariſſimi.

Eriſtos duos
milites intelliguntͬ dyabolꝰ ⁊
primus pens. filius eius erat totuz ge
nus humanum ab eo ꝓpagatum. here-
ditas eſt paradiſus quem deus ſibi de
dit. Hoc videns miles cupidus. ſ. dy
abolus acceſſit ad eum ſuggerēdo ⁊ tēp
tando vt paradiſum per peccatum amit
teret. Jlle vero q̄ꝫ diu remanſit in vita
ſcilicet in puritate vite hereditatem ſci-
licet paradiſum occupauit. Sꝫ eo mor
tuo per peccatum quod commiſit con-
tra diuinum preceptum: perdidit ⁊ to
tum genus humanum poſt eum Sꝫ
primo eſt querendum quomodo perdi
dit. Dico. Carta erat ſcripta: quando
Eua conſenſum prebuit vt de ligno vi
te contra diuinum preceptum comede
ret. Erat enim ſigillata: quando Adam
qui erat caput rationis ⁊ cui dabatͬ ſpe
cialiter preceptuz: comedit ⁊ vxori ma
gis adheſit q̄ꝫ deo. Sigillum vt ſcitis
imprimit ſuam impreſſionem in cera.
Sic deus impreſſit ſuam imaginem in
Adam ⁊ eum mundi dominum conſti-
tuit. Unde pſalmiſta. Omnia ſubieci-
ſti ſub pedibus eius oues ⁊ boues ⁊c̄.
Jllam impreſſionem. id eſt imaginem
dedit dyabolo: quando ei obediuit ⁊ hꝰ
cum pollice poſtq̄ꝫ defunctus erat.
Pollex enim claudit totam manum.
pollice amiſſo: manus vires amittit.
Per pollicem vero debemus intellige-
re rationez quam deus homini dedit vt
bonum eligat ⁊ malum reſpuat. Unde
q̄ꝫ diu homo ratione regitur ⁊ ratio ī eo
dominatur. tam diu poterit bene ſeip-
ſum ⁊ alios regere. Sed qui caret ra-
tione: caret virtute ⁊ fortudine ſpiritua
li. Adam vero primus parens habebat
ſcientiam a deo infuſaz vltra omnes cre
aturas: ita ꝙ omnes creature ante pecca
tum ei obediebant. Hoc non obſtante
ſcienter cum pollice rationis adheſit dy
abolo cum dyabolus ei dixerat. Non
moriemini. ſed ſi comederitis: eritis ſi
cut dij ſcientes bonum ⁊ malum. Dy-

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

abolus cum vidiſſet eum ſic ſeductum ⁊
hereditate celeſti priuatum volebat fili-
um .ſ. totum genus humanum exclude-
re. Sed homo ſi cautus fuerit debz ad
regem celeſtem accedere vt patriarche
⁊ prophete fecerunt. qui clamauerunt
ad deum pro remedio. O domine deꝰ
emanuel rex ⁊ legifer noſter. expectatio
gentium ⁊ ſaluator earum veni ad saluā-
dum nos domine deus noſter Sed dy-
abolus producit ſecuz tres teſtes ſcilicȝ
ſuperbiam vite. concupiſcentiam car-
nis. ⁊ concupiſcentiam oculorum. Cō-
tra quos oportet procedere prudenter.

Primum teſtem debemus examina-
re ſi ſciat pater noſter qui ⁊c̄ ſiue oratio-
nem dominicam. hoc eſt ſi aliquid fe-
cerat propter quod peccatum ſuperbie
contra euz teſtimoniū prohibeat humi-
liet ſe in omnibus verbo ⁊ opere ita vere
ſicut eſt oratio dominica ⁊ regez celeſtē
placabit exemplo xp̄i: qui erat patri o-
bediens vſq̧ ad mortem. Si vero ho-
mo timeat ſecundū teſtē .ſ. ꝯcupiſ̄az ocu-
oculoꝝ .ſ. mundū in q̄ tm̄ delectat̄ pure
ꝯfiteat̄. vt fecit ſecundꝰ ⁊ piculū poterit
euadere Si v̄o hō timeat t̄ciū teſtē .ſ. ꝯ-
cupiſ̄az carnis d̄o ſatiſfaciat p̄ carnis ma-
cerationem. id eſt per veram ſatiſfactio-
nem vt fecit tercius teſtis qui omnia re-
cognouit. Unde ipſe cum duobus ſo-
cijs ſuis in patibulo ſuſpenditur. De q̄
loquitur apoſtolus. Suſpendium ele-
git anima mea. id eſt ſuſpendium peni-
tentie. Et ſi ſic fecerimus vitam eternā
optinebimus. Ad quam. ⁊c̄.

De amicicie vere probatione.
Capitulum centeſimū viceſimū nonuȝ.

# Ex quidā ha-

buit tm̄ vnicum filium quē
multum dilexit. Qui filiꝰ
a patre licentiam accepit vt mundū vi-
ſitaret ⁊ amicos ſibi acquireret: qui per
ſeptem annos vagabatur in mundo. ⁊
poſt hec ad patrem rediȷt Pater gaudē-
ter eum recepit ⁊ ab eo queſiuit quot ami-
cos acquiſiuiſſet. Ait filius Tres. Pri-
mum amicū pluſq̧ meipſum diligo.
Secundū tantū ſicut meipſum. Et ter-
cium parum aut nihil. Cui pater. Bo-
num eſt eos p̄bare ⁊ temptare antequā
indigeas de eis. Porcum occide ⁊ i ſac-
co pone ⁊ in domū amici quē plus dili-
gis q̧ te perge de nocte ⁊ ei dic q͛ a caſu
hominē occidiſti ⁊ ſi inuentuȝ fuerit cor-
pus ego morte turpiſſima ero condem-
natus. Rogo modo te ſicut te ſemper
pluſq̧ meipſum dilexi ſuccurre mihi i
hac maxima neceſſitate Quod factum
eſt. At ille reſpondit. Sicut eum occidi-
ſti neceſſe eſt vt penitētie ſubiaceas. ſi
corpus eſſet inuentum forte in patibu-
lo eriſ ſuſpenſus. Uerūtamen q͛ amicꝰ
meus fuiſti: ideo tecum pergam ad pati-
bulum. ⁊ poſtq̧ mortuꝰ fueris tres vel
q̄tuor vlnas pāni tibi dabo ad corpꝰ tuū
inuoluendū. Ille hoc audiens ad ſecū-
dum amicum acceſſit ⁊ illum vt primū
probauit. Ille ſicut primus renuit di.
Credis me fatuuz q͛ in tali periculo me
ponere vellem. Uerumtamen quia ami-
cus meus fuiſti: ideo ad patibulum te-
cum pergam ⁊ in via te conſolabor quā-
tum potero. Ille ad tercium amicuz ac-
ceſſit ⁊ eum probauit dicens. Uerecū-
dor tibi loqui. quia nunq̧ pro te aliqd
feci ⁊ a caſu hominē interfeci ⁊c̄. At ille
Libenter hoc faciam ⁊ mihi culpam im-
ponam. ⁊ patibulum ſi neceſſe fuerit p̄
te aſcendam. Hunc expertum eſt melio-
rem amicum ſuum fuiſſe.

Moralizatio.
Cariſſimi.

# Ex iſte eſt de-

us omnipotens filius vni-
cus eſt quilibet bonꝰ xp̄ianꝰ: qui per. vij

ãnos.i.toto tempe vite ſue habet ĩ mũ
do conuerſari ⁊ tres amicos querere.
Primus eſt mundus quẽ plus diligit
ꝙ̃ ſeipſum. probatur hoc. ꝓpter mũdũ
homo ſe ponit in periculo mortis mõ in
mari modo in terra vitam ſepe amitten
do vt tempalia bona poſſit habere ergo
plus diligit mundum ꝙ̃ ſeipſum. Et ſi
eum tempe neceſſitatis ꝓbaueris ſine
dubio tibi deficiet imo de omnibus bo
nis tuis ſi tibi dederit duas vlnas vel
tres ꝺ panno ad inuoluendum corpus
tuum multum eſt. Secundus amicus
quẽ tantũ diligis ſicut teipſum eſt vxor
tua ⁊ filij tui et filie. bene ad ſepulchruꝫ
in morte tecum plorando pergunt. Et
cum vxor ad domũ redierit infra pau-
cos dies dolor recedit et alium incipit
amare. Tercius amicus pro quo paruꝫ
feciſti eſt qui pauca bona ꝓ eius amore
ſumus operati imo multa mala qui tẽ-
pore mortis amicus eſt ſi contriti ⁊ con
feſſi fuerimus imo ꝓ nobis mortem in
cruce ſuſtinuit.

Quod vir ſapiens plus valet viro for
ti. Ca.cxxx.

Erat quidam
rex qui pauperem quendaꝫ
ad magnas diuitias ꝓmo-
uit eiqꝫ vnũ caſtrum ad cuſtodiendum
ↄmiſit. Ille ſic ſublimatus ſuperbus fa
ctus eſt valde. Cum inimicis regis con
cilium habuit ⁊ ipſoꝝ proditor factus.
caſtrum ipſis aperuit. Rex vero de hoc
multum contriſtatus ↄcilium habuit ꝙ̃
modo caſtꝝ rehaberet. Dictũ eſt ei ꝙ ſi
poſſet caſtꝝ rehabere niſi tria haberet.
ſcꝫ fortitudinem ſapientiã ⁊ dilectiõem
vna cum diuitijs. Unde in regno ſuo
fuerunt tres milites: quorum vnꝰ cete-
ris fortior. ſecundus ſapientior. tercius
regem multum dilexit. Iſti tres mili-
tes ſunt miſſi cum exercitibus vt caſtꝝ
inuaderent. Primus miles fortis cũ
exercitu grandi preceſſit per quandam
foreſtã in qua erãt inimici regis ⁊ ince-
pit viriliter contra eos pugnare. Sed
ſubito quedam ſagitta exijt de baliſta ⁊
eum in ĩguine ꝑcuſſit ⁊ mortuꝰ ẽ. Mi
les ſapiens poſt eum foreſtam intrauit
Et incepit allegare iura. ſic volens eos
allicere ad reſtitutionẽ caſtri interim ve
nit ſagitta que ꝑcuſſit eum inter pulmo
nem ⁊ ſtomachũ ⁊ mortuꝰ eſt. Hec ter
cius miles videns foreſtam intrauit ⁊ ĩ
cepit dulcia verba ꝓferre ⁊ ornate loq.
ſtantũ ꝙ illum libenter audiebant ⁊ trã-
ſire permittebant Verũtamen tantũ cũ
illis fecit: ꝙ introitũ habuit in caſtruꝫ.
Et ſic inter eos conuerſabatur ꝙ õnes
exiſtentes in caſtro ſunt cum eo ↄfederati.
Et ſic caſtꝝ ꝓ lege acquiſiuit. ⁊ ſuum
vexillum in ſummitate ordinauit. Cuꝫ
rex hoc audiuiſſet ꝙ tam prudenter ca-
ſtrum acquiſiuiſſet: illuꝫ ad magnas di-
uitias promouit.

Moralizatio.
Cariſſimi.

Rex iſte eſt do
minus noſter iheſus xpus:
qui illum pauperem. ſ. Adã primũ ꝑen
tem ad magnas diuitias ꝓmouit. quan
do eum ſeneſcallum paradi conſtituit. ſꝫ
ille per peccatum perdidit. Unde in to-
to regno mundi pauci erant inuenti qui
caſtꝝ predictum. i. paradiſum poterant
obtinere. Vocati ſunt tres milites per
quos intelligo tria genera hoim. Per
primũ mundi potentes: qui credũt per
potentiã ⁊ fortitudinẽ mundanã padiſũ
acquirere. Et licꝫ ſint ad hoc apa: venit
tamẽ ſubito ſagitta ſuperbie ⁊ ipõs ſpi
ritualiter interficit. Per ſecũduꝫ mi-
litem mundi ſapientes intelligere debe
mus qui ĩcipiũt iura allegare vt ſũt iu-

dices eccleſiaſtici aduocati. ⁊ iudices
tempa.. s qui credunt ꝑ ſapientiã ſuaȝ
paradiſum acquirere Et duȝ incipiunt
bene viuere venit ſagitta auaricie. i. bur
ſa plena pecunie ⁊ ſic percutit eos ⁊ ſpi
ritualiter interficiũtur. Per terciuȝ
militẽ qui dulciter ſine tumultu loq̈ba
tur: xpianum ſimplicẽ totaliter in deo
cor habentẽ poterimus intelligere: qui
non ↄfidit in pompa hũana. nec in eiꝰ
ſapientia. Sed ſolũmodo in deo. iuxta
illud pſal. Btũs homo qui ſꝑat ĩ dño.
Certe talis caſtꝝ paradiſi poterit acqui
rere. Q̃d nobis preſtare dignetur ⁊c̃.

De diuitibus quibus datur. ⁊ pau
peribus quibus id q̃d habent abſtrahi
tur. quõ deus eos eternaliter remune
rat ꝑ celeſtem patriam. Ca. cxxxi

Ex quidã fe
cit ꝓclamari ꝙ omñes indif
ferẽter ad eum venirent. ⁊
quicquid ab eo peterẽt obtinerent No
biles ⁊ diuites aliqui ducatũ. aliqui co
mitatũ. aliqui miliciã. aliqui auꝝ ⁊ argẽ
tum pecierunt ⁊ obtinuerunt. Deinde
pauꝑes ⁊ ſimplices venerunt ad regeȝ
etiã pẽtẽtes. Quibus rex ait Tarde ve
niſtis. ante vos nobiles ⁊ principes ve
nerũt ⁊ omnia que habui eis d̃di Qui
triſtes de reſponſione fuerũt. Rex vero
pietate motus ait. Kmĩ tñ eis tempo
ralia dedi ſed dominiũ retinui q2 hoc nl'
lus petiuit ego do vobis hoc vt ſitis do
mini eoꝝ ⁊ iudices. Diuites hoc audi
entes ↄtriſtati ſunt ⁊ venerunt ad regẽ
dicentes Dñe confuſi ſumus ꝙ paupe
res ⁊ ſeruos noſtros ↄſtituiſti iudices ⁊
dños noſtros. melius eſt nos mori q̃ȝ
ſic ſeruituti ſubiiciamur. Ait rex. Cariſ
ſimi non facio vobis iniuriam quicquid
a me petiuiſtis vobis dedi intantum ꝙ
nihil mihi retinui niſi dominiuȝ: quod
dedi eis. Sed do vobis concilium qui
libet veſtrum ſatis habȝ ad viuendum.
det ergo quilibet veſtrum partem de di
uitiis pauperibus: per quaȝ poterũt ho
neſte viuere ⁊ ego dominiũ ab eis reci
piam ⁊ apud me manebit ⁊ ſic eritis li
berati a ſeruitute magna Quod ⁊ factũ
eſt.

Moralizatio.

Cariſſimi.

Ex iſte eſt de
us diues ſuper omnia. pre
co proclamans eſt predicator qui dicit
petite ⁊ accipietis querite ⁊ inuenietis.
Diuites ⁊ mundi potentes cum illum
clamorem audierunt: ſtatim cum omni
labore caſtra ciuitates aurum ⁊ argentũ
petierunt ⁊ obtinuerunt. Sed chriſtꝰ
tantum de mundanis dedit eis ꝙ nihil
retinuit yſa. liiij. Vulpes foueas habent
⁊ volucres celi nidos filius autem hoi
nis non habet vbi caput ſuum reclinet.
Deinde pauperes venerunt ⁊ nihil ha
buit eis dare niſi dominiũ ⁊ ſic eos con
ſtituit dominos ⁊ iudices diuitum Iux
ta illud mathei. Vos qui reliquiſtis õ
nia ⁊ ſecuti eſtis me ſedebitꝭ ſuper ſedes
duodecim iudicantes duodecim tribꝰ
iſrahel. Et illud Mathei quinto. Bea
ti pauperes quoniaȝ ipſorum eſt regnuȝ
celorum. Diuites hoc videntes debent
multum dolere ꝙ pauperes qui ſerui e
orum fuerunt in hoc mundo debent eſſe
iudices ⁊ domini eorum in celo. Si er
go deſideratis cuȝ eis regnare faciatis
ſicut fecerunt illi. quilibet det elemoſi
nam quantum poteſt pauperibus vt po
terunt viuere ⁊ ſine dubio cum eis po
teritis in eternum regnare.

De inuidis qui bonos per malam
vitam inficiunt. Ca. cxxxii.

Ciuitas que dā erat in qua quatuor phi ſici fuerunt in medicina periti Junior alios tres in ſcīa excellebat in tantum ꝙ omnes infirmos ad eū venientes ſaluauit. Quō alij inuidētes moti ſunt contra eū ⁊ inter ſe dixerunt Quō poterimus iſtum extinguere. Ecce tot⁹ mundus ad eū currit ⁊ nihil poterimus ꝓpter eum lucrari. Ait vnus de tribus. Ad tres leucas omni ebdomada viſitat ducem ⁊ die craſtina ad eum accedet. ego ſtabo extra ciuitatem ad vnam leucam tu vero ad ſecundā ⁊ alius ad terciam. Cum vero in fine prime leuce venerit ei obuiabo ⁊ ſigno crucis me ſignabo ⁊ quilibet veſtrum ſic ſimiliter faciet. ⁊ Jlle vero cauſam crucis quiret dicem⁹ Leproſus factus es ⁊ ex timore lepram incurret. quia dicet ypocras. Homo timens lepram ex timore eam incurrit. Et cum leproſus fuerit nullus ad eū accedet. Quod ⁊ factum eſt.

Moralizatio.

Cariſſimi.

Er iſtos tres medicos qui quartum inficiebant: debemus intelligere tria vitia que in iſto mundo regnant. ſcȝ ſuperbia vite. concupiſcentia carnis. ⁊ concupiſcentia oculorum. Uel ſignant dyabolum mundum ⁊ carnem Jſti ſunt medici reproborum qui faciunt corpus in delicijs viuere. animā in inferno regnare Medicus ſubtilis eſt quilibet bon⁹ chriſtianus ſicut ſunt prelati ⁊ confeſſores qui habent nos ſpūaliter curare. virtutes inſerere ⁊ vitia extirpare. Sed heu proch dolor ſepe per illa tria vitia medicus ſpiritualis eſt infectus in tantū: ꝙ non eſt dignus gradum in eccleſia tenere ſed extra vt ſunt ſymoniaci ⁊ alij qui ſunt diuerſis diuitijs irretiti. Cariſſimi ſi voluerimus ab iſtis vitijs cauere: extra viam ambulemus per opera miſericordie. Et ſic poterimus ad regnū ꝑuenire. Quod ⁊c.

De ſpūali amicicia. Ca. cxxxiij.

Erat quidam rex qui duos leporarios habuit: qui quaſi continue ad inuicem erant ligati. ⁊ q̄diu inuicē ligabantur mutuo ſe dilexerunt. ſed ipſi ſolutis quilibet alium voluit deuorare. Rex vero hoc videns multū dolebat quia quando ludere cum eis volebat ⁊ venari ipſis ſolutis pugnabant ⁊ ludo non intendebant Rex concilium querebat ſuper hoc. Cui dictum eſt ꝙ lupus fortis ⁊ crudelis adduci deberet ⁊ vnus de canibus contra eum pugnare permitteretur. quādo hic canis fere fuerit deuictus alium canē contra eum admitteret. cū primus canis videret ſe auxiliatū ſemꝑ poſt hoc adinuicē mutuo ſe diligerent. quod ⁊ factum eſt. ⁊ lupo quaſi deuincēte canem primū ⁊ primo cane deficiēte alius eum defendit ⁊ lupū occidit. Ab illo tempore tam ligati q̄ ſoluti canes mutuo ſe dilexerunt.

Cariſſimi Moraliſatio.

Ex iſte eſt dominus noſter iheſus chriſt⁹ duo canes adinuicem ligati ſunt corp⁹ ⁊ anima in baptiſmo ligata. q̄diu vero ſic ſtant ligati mutuo ſe diligunt. Sed ſi ſoluantur per peccatum mortale ſtatī vnus contra alium eſt: vt dicit apoſtolus. Caro concupiſcit aduerſus ſpm̄ et econuerſo. Quid ergo eſt faciendū. certe vt caro ſubijciatur ꝓñie ⁊ ꝯtra lupū .i. dyabolū ſe opponet ⁊ tunc aīa ꝯfortabitur. ⁊ cum carne pugnabit viriliter ⁊ pt⁹ hoc erit amor in omni proſperitate

⁊ aduerſitate ⁊ pariter ambo diligentur a domino propter cuius dilectionē vitam eternam obtinebunt.

De innocēti morte xpi ca. cxxxiiij

Rerat ſeneca ꝙ lex aliquando erat ꝙ quilibet miles in armis ſuis ſepeliri deberet. Et qui ſuper hoc defunctum armis ſpoliaret morte moreretur. Accidit caſus ꝙ quedam ciuitas obſeſſa erat a quodam rege tyranno: qui ī circuitu ciuitatis inſidias ponebat ⁊ populum quaſi ſine numero occidit intantū ꝙ erat in periculo ciues perdendi ⁊ multum timebant: quia reſiſtere nō poterāt Dum autem ſic in periculo ſtarent: quidam miles fortis nobilis ⁊ ſtrenuus ītrauit ciuitatē ⁊ ciuibus multum compatiebatur. Ciues vero acceſſerunt ad eum dicentes. Domine: adiuua nos At ille. Kmi: iſto periculo liberari nō poteritis niſi per manum validam Ego vero vt videtis in armis non ſum ideo nō poſſum pugnare Unus de ciuibus dixit. Domine infra paucos dies in hoc ſepulchro quidam miles ſepultus eſt ī optimis armis. arma eius accipe ⁊ ciuitatem noſtram de inimicis libera. Miles armis a mortuo receptis inimicis certamen dedit ⁊ victoriam obtinuit ⁊ ſic ciuitatem liberauit ⁊ arma recepta repoſuit. Emuli inuidia moti ꝙ tam glorioſum bellum fecit eum apud iudicē accuſauerunt ꝙ contra legem egiſſ; eo ꝙ defunctum armis ſpoliauit. Qui reſpondit. Domine de duobus malis maius malum eſt vitandum. Et quia ciuitatē tueri non potuiſſem ab inimicis niſi habuiſſem arma. ideo ea accepi ⁊ repoſui Item fur vel predo ſpoliat ea intentiōe vt non reſtituat. ſed ego propter bonū cōmune arma accepi ⁊ reſtitui. Ideo potius deberem premiari ꝙ̃ accuſari. Itē in ciuitate aliqua ſi domus accendit: nōne melius eſt vt domus illa ſine dilatione totaliter deſtruatur anteꝙ̃ cetere domus incendantur ⁊ ciuitas tota deſtruatur. Sic in propoſito. Nonne melius eſt ꝙ omnes conſeruaui accipiendo arma ꝙ̃ non accipiendo non defendiſſem. Si enim ea non accepiſſem: omnes eſſetis interempti. Emuli vero dixerunt. Reus eſt mortis. Iudex vero ad petitionem eorum contra eum ſententiam dedit vt occideretur. Et ſic factum eſt De cuius morte factus eſt planctus magnus in ciuitate

Moralizatio.

Cariſſimi.

Ciuitas iſta obſeſſa erat mundus iſte a dyabolo magno tempore. Et quotquot tunc in mundo erant fuerunt in periculo perdendi. Quia omnes in infernum deſcenderūt. Mundus iſte erat circumuallatus vitijs ⁊ concupiſcentijs. Miles fortis qui arma non habuit eſt dominus noſter ieſus chriſtus. Unde pſal. Dominus fortis ⁊ potens ⁊c̄. Qui videns mundū in periculo ⁊ totum genus humanum in perditione. perrexit ad ſepulchrum. id eſt vterum beate virginis. Et ibi inuenit arma primi parentis id eſt humanitatē aſſumpſit ⁊ contra dyabolū pugnauit victoriam obtinuit ⁊ nos a morte liberauit. Emuli ſunt iudei hoc vidētes illū apud pilatū accuſabāt dicētes Ne forte veniāt romani ⁊ tollant noſtrum locum ⁊ gentem. ⁊c̄. Miles dicebat. Melius eſt vt vna domus deſtruatur ꝙ̃ tota ciuitas. Econtra cayphas dicebat. Expedit vt vnus moriatur ⁊ nō tota gens. Ideo pilatus eum morti tradidit. De cuius morte petre sciſſe ſunt ⁊ tenebre facte ſunt ſuper vniuerſā terrā.

Sed facta victoria iterato in ſepulcro
hec arma repoſuit.i. corpus ſuum glo/
rioſum in terra quieuit Studeamus er
go eius mortem plangere in mente: in
corde retinere ⁊ ad memoriam reduce
re q̄ viriliter ꝓ nobis pugnauit ⁊ nos
a faucibus diaboli liberauit. Unde ꝓp̄
hoc tenemur eum ſupᷓ omnia diligere:
⁊ ꝓ eius amore patrem ⁊ matrem di/
mittere. Quis vnq̄ꝫ audiuit ꝙ homo
habens vnicum filium ⁊ heredem q̄ euꝫ
mori permittere vellet: ſicut pater cele/
ſtis fecerat de vnico filio ſuo domīo no
ſtro ihesu xp̄o ⁊ tamen mortuus ē. Sic
⁊ nos debemus voluntarie carnis delec
tationes ⁊ omne quod deo diſplicet ꝑ
penitentiam mortificare. Et ſic vitā et/
nam poterimus obtinere.

De conſcientia noſtra dum anguſti
atur ad deum per confeſſionem ⁊ opera
meritoria recurramus.

Capitulum.cxxxv.

# Efert Augu

ſtinus in de ciuitate dei. ꝙ
lucretia erat mulier roma/
na nobiliſſima: que erat vxor calatini.
Cū ille calatinus ſextū nomine filium
imperatoris tarquinij ad caſtrum ſuum
inuitaſſet: ſextus ē ſtatim captus ī amo
re pulcerrime lucrecie. Tempus aptuꝫ
quo impator ⁊ calatinus de roma ſimul
recederent obſeruans: ad predictuꝫ ca/
ſtrum reuerſus ibi ꝑnoctauit ⁊ nocte il/
la non vt hoſpes ſed vt hoſtis cubiculū
lucrecie clam īgreſſus manu ſiniſtra op
primens pectus eius: dextra vero gladi
um tenens ſe ꝓdidit dicens. Sextus
ſum mihi cōſentias vel morieris. Illa
nullo modo conſentire volebat. Dixit
ꝙ ſextus. Niſi mihi conſentias ſeruuꝫ
iugulatū nudum corpi tuo nudo etiam
te iugulato tibi ſociato. Et ꝑ orbem fa
ma curret lucreciam cū ſeruo ī cubiculo
ſiugulatam. Illa vo timens de tali infa
mia coacta cōſenſit. Sextus vo cōple
ta libidine receſſit. Ipſa vero multum
dolens patrem ⁊ maritū fratres ⁊ impe
ratorem nepotes ⁊ ꝓcōſules vocauit ꝑ
lrās: quos oēs pn̄tes ſic alloquitur di
cens. Sextus domū meam intrauit ho
ſtis ꝓ hoſpite Scias tu o calatine veſti
menta viri alieni in lecto tuo fuiſſe: ve/
rūtamen licet corpus ſit violatum ani
mus tamē eſt īnocens. iam a culpa me
abſolue: a pena tamen non liberabor.
Statim cum gladio occultato ſub cla/
mide ꝓpria manu ſe transfixit. quo fac/
to amici eius gladio illo accepto iura/
bant per ſanguinem lucrecie omneꝫ ꝓ
geniem tarquinij de Roma eijcere ⁊ ex
tirpare. quod ⁊ fecerunt. Sextum vero
autorem criminis interfecerunt miſera
biliter.

Moralizatio.

Cariſſimi.

# Ucrecia no

bilis dn̄a eſt anima a deo
per baptiſmū lota ⁊ deo coniūcta Sex
tus ē diabolus: qui nititur minis ⁊ mu
neribꝫ animam violare. domum eius ī
trauit qn̄ peccato ꝯſenſit.i. corſuuꝫ q̄d
eſt domus aīe. pectus eiꝰ opprimit quā
do homo totaliter cōſentit Et eā violat
qn̄ manū ꝑ ꝯſenſum actu ꝯplet. Poſt
hec lucrecia.i. aīa dolens vocat patrem
⁊ marituꝫ. Sic ⁊ tu cariſſime debes vo
care patrem.i. ꝯfeſſorem. maritum.i.
xp̄m ꝑ opa miſericordie: ⁊ ſanctos cuꝫ
bona deuotione ⁊ oſtendere vitā tuam
per verā contritionem ⁊ confeſſionem
quid ⁊ quantuꝫ ꝯtra deum deliquiſti.
Et tūc gladio penitentie teipſum occid
id eſt vicia ⁊ peccata extirpa. ⁊ ſic corpꝰ
deferatur Romaꝫ.i. in ſanctam eccleſi
am ad oſtendenduꝫ in qua forma pub
lice vel occulte deum offendiſti. Tunc
diabolus ⁊ omnes ſui ſequaces erunt

expulſi ⁊ recedent confuſe. ⁊ tu remane
bis ſaluus in bona vita. Quod nobis
preſtare dignetur dominus noſter Ihe
ſus chriſtus qui cum patre ⁊ ſpiritu-
ſancto viuit ⁊ regnat per infinita ſecula
ſeculorum. Amen.

## Quomodo vigilare debet paſtor aīarum

## Capitulum. cxxxvi.

Vir quidam
ad domum cuiuſdam diui-
tis nocte venit: qui aſcēdēs
tectum domus per foramen proſpicere
cepit ſi adhuc aliquis de familia diui-
tis vigilaret. Quod hoſpes cōſiderās
priuate vxori ſue dixit. Interroga me
alta voce qualiter hec bona queſiui que
habemus. nec deſiſtas donec finaliter ti
bi dicam. Tunc ait mulier O bone do
mine cum nunq̄ fuiſti mercator dic mi
hi qualiter tantam pecuniam quā poſſi
des nunc congregaſti. Cui ille. Noli
ſtulta a me hoc querere. Illa autē ma
gis ac magis querere non ceſſabat. tūc
vir quaſi coactus ſuis precibus ait. No
li illa prodere que tibi dico ⁊ veritatem
pandam. At illa. Abſit hoc a me. At il-
le. Fur eram ⁊ nocturnis furtis omnia
que nunc habeo congregaui. Cui muli
er ait. Miror ergo ꝙ nūq̄ fuiſti depre
henſus. Cui ille. Qui magiſter meus
erat quoddam verbum me docuit qđ
ſepties dicebam quando tecta hominū
aſcendebam. Ait mulier. Rogo te dic
mihi illud verbū cuius virtute ſine pe
riculo furtum commiſiſti. At ille. Tibi
dicam ſed alteri nullo modo dicas ne
forte poſſunt bona noſtra aſportare. At
illa. Nullo modo attemptabo Qui ait
Hec ſunt verba fallax fallax. His dic-
tis mulier obdormiuit. Vir autē finx
it ſe dormire. ſternutabat. Fur etenim
cum audiſſet gauiſus eſt: ſumpto lune
radio: ⁊ ſepties dicto carmine laxatis
manibus ⁊ pedibus per feneſtram ī do-
mum cecidit ⁊ magnum ſonitum fecit
fracto crure ⁊ brachio iacuit miſerabi
liter ſemiuiuus ī terra. Hoſpes quoq̄
audito ſono queſiuit quaſi neſciēs qua
liter cecidiſſet. At ille. Verba fallacia
me deceperunt. Hoſpes quidem eum
recepit: ⁊ ſummo mane in patibulo ſuſ
pendi fecit.

## Moralizatio.

Cariſſimi.
Vir iſte ē dy
abolus qui per malas cogi
tationes tectum cordis tui
aſcendit. Et foramen facit per malum
conſenſum. Vir cum vxore eſt bonus
prelatus eccleſie deſponſatus: Cui dy-
abolus toto conamine nititur per pec-
catum bona ſua furari. ſcilicet virtutes
quas in ſacro baptiſmo recepit auferre
Sed bonus prelatus ſancte eccleſie de-
ſponſatus debet continue vigilare vt
non ſinat furem anime domum perfo-
rare. Iuxta illud verbum ſaluatoris
Vigilate quia neſcitis qua hora fur eſt
venturus. Et contra eius malicias ⁊
nequicias intra ſe ⁊ vxorem ſcilicet ec
cleſiam prouideat quomodo dyabolo
ſit reſiſtendum vt cadat a corde eius ⁊
nullo modo ei noceat. Vel etiam
alio modo poteſt reduci. Fur iſte erat lu
cifer pulcer: qui toto conamine aſcende
re volebat vt alter deus eſſet ⁊ auferre
ab eo eiꝰ dignitatē Et dicebat illđ yſa
ye. Aſcendam in celum ⁊ ſimilis ero al
tiſſimo. Et etiam in Geneſi. Ponam
ſedem meam in aquilonem ⁊ ſimilis e-
ro altiſſimo. ꝙ poſtea aſcendit per radi
um hoc eſt ꝑ ſuam pulcritudinē cecidit

in inferno. Et fregit crura ſua .i. amiſit ſic ſuum decorem quem deus ſibi cōtulit: ⁊ ſuſpenſus eſt in patibulo infernali A quo nos ⁊c.

De naturali benignitate xp̄i ⁊ mīa quibꝫ naturaliter pctōribꝫ cōuertētibꝰ miſeret. Et q xp̄s recipit q̄s mūdꝰ ejicit Capitulum .cxxxvij.

Narrat Euſebius in cronicis de quodā impatore: qui pplm romanum in maxima eq̄tate gubernabat nulli pcens ſed p equali culpa equalē penā tribuens tam diuitibꝫ q̄ȝ pauperibus. Senatores romani eū pter hoc iperio priuauerūt ⁊ tanq̄ȝ pauperem fugere cōpulſerunt. Ille ſtatim acceſſit ad cōſtātinum ⁊ cū eo pactū fecit ⁊ tam ſtrēnue ⁊ tā prudēter ſe habuit ſic q poſt eum i impatorem eſt electus. Qui cōgregato exercitu Romam obſedit: ⁊ cum romani euadere non poſſent quin ab eo caperent. miſerūt primo ad eum ſeniores. ſecūdo iuuenes. tercio mulieres q̄ nudis pedibꝫ ante eū ſe pſtrauerunt poſtulantes veniam quā obtinere non poterant. Ultimo miſerunt ſibi parentes ſuos ſimplices q̄s habuit in ciuitate: mater eius pectus ⁊ vbera ei oſtendit q̄ ſuxerat. Qd cū vidiſſet impator: amore naturali cōpatiens totā offenſam dimiſit: ciuitatē intrauit: ⁊ honorifice ſuſceptus eſt. Moralizatio.

Cariſſimi. Iſte imperator eſt xp̄s qui p peccatū de ciuitate ſua .i. de corde hoīs expellitur: ac de mundo iſto qn̄ iudei eū morti tradiderunt. Ille vo ſic expulſus ad patrem preritvbi ē electus in ppetuum impatorem ⁊ iudicem nr̄m in die iudicij. qr ōne iudicium dedit pater filio. Job. viij. Ergo nobis valde timendū eſt qū o in die iudicij debeamus ei occurrere qn̄ veniet cū magno exercitu angeloꝝ. Quid ergo faciemus. Certe pmittamꝰ primo ſeniores .i. alte clamemus ad patriarchas ⁊ pphetas vt p nobis implorēt nudis pedibus .i. cum affectione. Itē ſecundo iuuenes .i. apoſtolos martires ⁊ confeſſores noui teſtamenti p opera mīe iplo remus. Itē mulieres .ſ. ſanctas vgīes ⁊ viduas: ⁊ principaliter rogemꝰ matrem dei vginem glorioſam: ⁊ ipſa nobis obtinebit vitā eternā. Quā. ⁊c.

De illis quos auſteritate vicere nō poſſumus: benignitate ſuperemus. Capitulum .cxxxviij.

Erat quidam rex noīe medro: qui vnicuȝ filiū habebat herēdē. filius dimiſit patrē: pter hͦ pater eū fugauit ſpoliando ipm ab hereditate ſua Facto hoc filius fugit ad regē pſaꝝ inimicum ⁊ emulū patris ſui ⁊ narrauit ei q cum eo ſe teneret vſq ad mortē omni tēpore paratus ſi neceſſe eēt ꝯtra patrē ſuū pprium bellare. Tandē ortū eſt bellū inter dictos reges: qui ſimul pugnauerunt. Accidit q medro rex grauiter vulneraret vſq ad ſanguinis effuſionē. qd filius eius cōſiderans ſtatiȝ cucurrit ad patrē: ⁊ pugnauit p eo ꝯtra dn̄m ſuuȝ .ſ. regē perſaꝝ ⁊ vicit eū Quo facto dn̄s ſuus eū dimiſit eo q non tenuit pactū ⁊ ipſe rediit ad prem ⁊ veniam humiliter petiuit ⁊ obtinuit. ⁊ ſic pax reformata ⁊ ei hereditas ē reſtituta. Moralizatio.

Cariſſimi. Iſti duo reges ſunt deus ⁊ dyabolus. De primo Hiere. Dominus ipſe eſt deus viuens ⁊ rex ſempiternus. De ſecundo Job. xlv.

Ipſe eſt rex ſup̄ ⁊c̄. Sed primus rex .ſ.
deus habet filium .ſ. animam humanã
que toties recedit a deo ⁊ obligat ſe dy
abolo quotiens cõmittit peccatū morta
le. Sed certe ſi filius ille voluerit recor
dari illius belli q̄d xp̄us fecit p̄ eo con
tra diabolū vſq̄ ad ſanguinis effuſionē
vt eum a poteſtate diaboli eriperet ⁊ ſic
cogitans voluerit ſe deo humiliare ⁊ p̄
peccatis veniã petere poterit ſecure ad
deū accedere ⁊ hereditatem vite eterne
adquirere. ps. Tu es qui reſtitues he
reditatē mihi. ⁊c̄.

De vulneribus aīe. Cap̄. cxxxix.

Magnus Alex
ander regnauit qui domini
um totius mundi obtinuit.
Accidit ſemel q̄ grandē exercitū colle
git ⁊ quandā ciuitatē circūdedit qui in
eodē loco plures milites ⁊ alios ſine o
ni vulnere amiſit. Cum v̄o de hoc mul
tū miraret̄ philoſophos vocauit ⁊ ait
eis. O magiſtri quō poterat hoc eſſe q̄
ſubito ſine vulnere milites mei moriū
tur. At illi dixerūt. Mirū non ē. Eſt eñ
quidā baſiliſcus ſup̄ murū ciuitatis cui⁹
aſpectu milites inficiunt̄ ⁊ moriuntur.
Ait alexander. Quale remediū eſt con
tra baſiliſcū. Cui dixerunt. Ponatur
ſpeculum eleuatū inter exercitū ⁊ murū
vbi eſt baſiliſcus ⁊ cū in ſpeculū reſpex
erit: reflexus eius ⁊ intuitus ad ſeipſuz
redit ⁊ ſic morietur: ⁊ ſic factum eſt

Moralizatio.

Cariſſimi.

In hunc modum
ſummū remediū elationis ē conſidera
tio p̄prie fragilitatis ⁊ infirmitatis q̄r ſi
querit̄ quare homo ſuperbit. Certe q̄r
pondere v̄tutis caret. Cōſiderare ergo
debet p̄priam vanitatem tanq̄ in ſpecu
lo ⁊ recurrere ad propriam fragilitatez
defectum ſuum proſpiciens elationem
repellendo.

De iuſticia ⁊ equitate ī vita preſen
ti ⁊ futuro ſemper inueniendis.

Capitulum. cxl.

Eraclitus reg
nauit qui inter oēs v̄tutes
quas habuit iuſt⁹ fuit: nec
precib⁹ nec muneribꝰ flecti poterat quī
iuſticiam p̄ loco ⁊ t̄pe exercerz. Accidit
ſemel q̄ aliqui apud eū accuſabāt quē
dā militem de morte alterius milit̄ in
iſta forma. Ambo ad q̄ndam bellum p̄
rexerunt ⁊ nullū bellum erat cōmiſſuz
Iſte miles rediit ſine altero ⁊ ideo di
cimus q̄ iſte in via alium occidit. Rex
cū hoc audiſſz ſñiam dedit vt miles ad
ſupplicium duceretur. cum āt ductus
fuiſſet viderunt aliū militē venientē p̄
quo ille iudicatus fuit ad mortē in nul
lo leſum ambos ad iudicē reduxerunt.
Iratus iudex dixit primo militi iubeo
te interfici: q̄r dānatus es. ⁊ ſecūdo dix
it te ſilr: q̄r cauſa mortis illius es. ⁊ ter
cio dixit. etiā te q̄r miſſus fuiſti militez
occidere ⁊ nō feciſti. Moralizatio.
Cariſſimi.

Iſte rex ē deus qui
in omnib⁹ operib⁹ ſuis ē iuſtus. duo mi
lites ſunt corp⁹ ⁊ anima. Aīa p̄ carnem
ſeducta morit̄ qñ peccatū mortale com
mittit̄. Ideo iuſto dei iudicio corp⁹ ad
ſupplicia p̄nie ducit̄. Sed cuz ſubiicit̄
p̄nie aīa viua inuenit̄: primo p̄ xp̄i paſ
ſionē: ſecūdo p̄ p̄niam: ſed ambo mor
te t̄pali mori debēt. Tercius miles qui
eū non occidit: eſt negligens p̄latus q̄
ex diuino p̄cepto h̄z peccatorē corripe
vicia extirpare. v̄tutes inſerere Et ſi il
la non facit mortē eternaz non euadit.
Ezech. iij. Si nō ānūciaueris ei neq̄
locut⁹ fu eri vt auertat̄ a via ſua ipſa ⁊

viuat ⁊ ipſe impius moreretur in iniq̃tate ſua ſanguinem de manu tua requiram. Rogemus igitur ꝛc.

De ſano conſilio ſemper audiendo ⁊ contrario abijciendo.

Capitulum.cxli.

Vlgetius regnauit in cui⁹ imperio erat quidā miles noīe zedechias qui vxorē pulcrā accepit ſed nō prudentem. In cuius domo quidā ſerpēs in quadā camera habitabat. Miles vero torneamenta ⁊ haſtiludia frequentabat: intm̄ ꝙ ꝑuenit ad magnā egeſtatē fleuit amare ⁊ quaſi deſperatus hinc ī de ambulabat ignorans quid agere deberet. Serpens vidēs eius dolorem: data eſt ei vox a deo: ſicut quondam aſine balaā ⁊ ait. Cur fles. Fac ſcḋm conſilium meū ⁊ poſt factū non penitebis. Singulis diebꝫ lac dulce mihi miniſtra: ⁊ te ditabo. Miles hoc audiens gauiſus ē valde: ⁊ hoc fideliter adimplere ꝓmiſit Statim infra breue tp̄s ditatus ē valde: ꝓlem pulcram ⁊ magnas diuitias habebat. Accidit vna dierū ꝙ vxor diceret marito. Dn̄e credo ꝙ ille ſerpens multa bona poſſidet in camera in qua iacet conſulo vt occidat̄: ⁊ bona eius obtinebimus. Ille vero ad inſtructionem mulieris malleū portauit vt ſerpentē occideret cum vaſe lactis. Cum vero ſerpens vas lactis videbat caput extra foramen camere extendit vt lac more cōſueto lamberet. Miles vero hoc vidēs malleum extendit ⁊ ſerpentem ꝑcutere volebat. Serpens hoc ſubito videbat ⁊ caput retraxit ⁊ ictū mallei vas ſuſcepit. Statimq; ꝓlem poſt hoc ⁊ oīa que habuit miles amiſit. Ait ei vxor. Heu malū conſiliū dedi tibi: ſed ꝑge ad foramen ſerpentis ⁊ te in omnibꝫ humilia ſi forte grām ꝑ eum obtineas. Perrexit miles ad cameram ſerpentis ⁊ fleuit amare: petens grām vt ꝑ eū ſicut prius ditare poſſet. Ait ſerpēs. Modo video ꝙ ſtultus es ⁊ tu in ſtulticia ꝑmanebis Quia non pt̄ eſſe quin ille ictus magnus mallei ad memoriā ſepius mihi veniat ⁊ occurrit tibi quō ꝓlē tuā occidi ⁊ omnes diuitias abſtuli. Et ſic nulla vera pax int̄ nos ſtare pt̄ Miles ↄtriſtat⁹ eſt valde ⁊ ait. Tibi fideliter ꝓmitto āmodo contra te nil velle ꝑpetrare ſi gratiam tuam habere poſſum mō. Cui ſerpens. K̄me natura ſ̄pentis eſt aſtutia ⁊ veneno plena ſufficiant tibi vba mea: qr iā mihi occurrit ad memoriam ictus mallei cum tua nequicia: recede ne tibi maius malū contingat. Miles vero cū magno dolore receſſit ab eo. Et ait vxori ſue. Ve mihi ꝙ tuū cōſilium opatus ſum. Et ſic ſemper poſt hoc in egeſtate vixerunt.

Moraliʒatio.

Cariſſimi.

Ste rex eſt pater celeſtis. Miles zedechias pauꝑ homo nudus de vtero matris egreſſus q̄ omnes diuitias paradiſi per peccatū primi parentis ꝑdidit cū pulcrā vxorē euam accepit: de cuius ↄſilio gaudium paradiſi perdidit. Serpens nutritus in camera eſt xp̄s in corde tuo per virtutem baptiſmi cōtentus a q̄ homo oīa bona recepit: primo filiū .i. aīam pulcrā ad dei ſilitudinem creatam. Secundo hominem ↄſtituit dn̄m mundi. ps. Cōſtituiſti eum ſuper oīa opera manuū tuarum. Tercio paradiſum. Sed cū pat̄ noſter adam fuit deceptus cōſilio Eue per ſuggeſtionē diaboli: omnia perdidit. Et ſic quilibet homo ſi ſequit̄ conſiliū vxoris .i. carnis: amittet oīa. Apl's Si ſcḋm carnē vixeritis moriemī In baptiſmo ꝓmiſiſti xp̄o miniſtrare lac .i. orationis inocentie ⁊ deuotōis. Sȝ grauiter

xp̄m percutis qn̄ peccatū mortale cōmittis. Hec vidēs: auferet a te filios ⁊ filias ⁊ diuitias vt te emendes ſicut ſcriptū eſt. Quē diligo arguo ⁊ caſtigo. Ergo de virga diſciplie plus debem⁹ gaudere q̄ȝ dolere.

De dyaboli laqueis quibus nos circumuenire ſatagit.
Capitulum. cxlij.

Rat quidam rex potens valde q̄ quandā foreſtā ↄſtruxit ⁊ eaȝ muro circūuallauit Jn qua diuerſa genera animaliū poſuit in q̄bꝯ multū delectabat̄. Erat eodē tpe q̄dā qui ꝓditor inuētus eſt ⁊ ſic ꝓpt̄ ſua ſcelera oībꝯ ſuis priuat⁹ eſt. Jlle v̄o de terra ſua expulſus ē ⁊ ꝓuidit ſibi de quattuor generibꝯ canuȝ ⁊ multis retibꝯ vt beſtias reg̃ i foreſta caperet ⁊ deſtrueret. Noīa canū hec erant ticber. emuleym. banegiff. bād yn. criſmel. egofyn. beamis ⁊ renelyn. Per iſtos canes ⁊ retia deſtruxit hic oīa aīalia reg̃ Audiēs h̄ rex ↄtriſtat⁹ ē valde. Vocauit filiū ſuū ⁊ ait. Fili k̄me arma te ⁊ deſcēde cū exercitu vt illū ꝓditoreȝ occidas vel de regno expellas. At ille. Pater p̄ſto ſum. Sȝ vt audiui a pluribꝯ tā potēs ē ille q̄ me oportebit latere ad aliq̄d tps cū vna puella cui⁹ ſapia oēs alios excellit cū qua colloq̄uȝ hēbō ⁊ ſic ad pugnam me ꝑabo. Ait p̄r. Vade ad caſtꝝ varioch ⁊ iuenies in eo puellā q̄ ſ̄m audita ē valde prudens. Et ſi ꝑ eā nr̄m aduerſariū poteris debellare: eā multis honoribꝯ ꝓmouebo. Fili⁹ hoc audiens armauit ſe ⁊ caſtꝝ puelle intrauit nullo ſciente. q̄ eum cū gandio recepit ⁊ apud eā ꝑ aliq̄d tps mā̄ſit. Deinde extra caſtꝝ receſſit ⁊ ſtatim die octauo aduerſariū patris aggrediebat̄ potēter. Jn fine eum diminuit ⁊ caput eius amputauit. Poſt hoc cum victoria ad patrem rediens. pater eum in regē conſtituit. Applicatio.

Cariſſimi.

Ste pater ē dominus deus: foreſta mūd⁹ ſiue eccia. Mūdus erat circūuallat⁹ diuīs p̄ceptis ſ̄m legē moyſi. Eccia circūuallata ē paſſione xp̄i ⁊ mīa doctoribꝯ p̄dicatoribꝯ ⁊ cōfeſſoribꝯ. Miles ꝓditor q̄ erat expulſ⁹ eſt diabol⁹ d̄ regno eiect⁹ q̄ ecciam ⁊ alios xp̄ianos machiat̄ oī hora deſtruere Vn̄ ꝓuidet ſibi de canibꝯ ⁊ retibꝯ q̄ ſicut venatores ſimplici vita inſidiantur beſtijs vt qn̄ exeunt de cauernis in q̄bꝯ latebāt hn̄t retia cū q̄bꝯ capiūt eas. Cū eñ hoīes exeunt de caueruis bone vite tūc hn̄t retia. i. carnis ⁊ mūdi delectationes ⁊ illas ponunt añ eos ⁊ capiunt illos. p̄ſ. Cadēt in retiaculo eius peccatores. Vnde aduertite q̄ venator ille dyabolus hȝ quattuor genera canū currentiū. Aliqui eoꝝ ſunt ꝓ beſtijs ſp̄ualibꝯ. Et alij ꝓ alijs. Duo primi canes. ſ. ricber ⁊ emuleym currunt ad ceruos ⁊ vrſos. i. diuitias et voluptates per quas plures tracti ſunt ad malefaciendum. Quia diuitie ſepe ponunt hoiem extra viam rationis et ꝓpter magnas diuitias volunt habere potentias et voluntatem propriaȝ. Jdeo ſapienter vtamur noſtra potentia loco iuſticie. Sit fortitudo noſtra lex iuſticie. Hoc eſt dictu. Totum ſit ius quod nos volumus et poſſumus facere. Vnde iſti duo canes ſcilicet diuitie et voluptates vel potentie currunt ſimul et multos poſt ſe retrahunt et ad peccatum alliciunt. Jdeo ſcriptura dicit. Venator multum gaudet quando vidit ceruum viam capere verſus rethe. Sic dyabolus quando vidit hominem viam capere verſus peccatū mortale et ꝑ cōſequens in infernum.

Deinde venator.i.diabolus permittit
aliũ canem currere.ſ.hanegiff.i.accipi
te ⁊ donate. Iſte canis currit ad abba
tes priores ⁊ paſtores:qui habẽt eccle
ſias cõferre. Iſti dãt vt accipiãt Quia
q͛d ꝓbis hominib⁹ ⁊ bonis clericis da
re deberent:hoc dant fatuis ⁊ diſcolis
ꝓpter fauorez ⁊ laudẽ:q͛d eſt ꝯtra ſcrip
turam vbi dicit̃. Da bonis ⁊ ne recepe
ris peccatorem. Vñ hanegiff.i.accipi
te ⁊ date ducit multos ad rethe.i.in in
fernum. Unde alter canis hãdin ducit
placitatores ⁊ aduocatos ad rethe.q2
per cautelas eoꝝ faciunt ꝯtra iuſticiam
Unde dicit Job. Audacter deuz ꝓuo
cant. Quia ſi pars vera eis nihil vult
dare:accipiunt de parte falſa burſã ple
nam ita ꝙ illa trahat ad ſe decreta ⁊ de
cretalia ⁊ facit diſcordiaz contra verita
tem. Unde d͛r Abacuc Lacerata eſt lex
ꝓpterea egreditur iudiciũ peruerſum.
Unde cõtra tales ait p̃s. Labor labioꝝ
operiet eos.i.in ꝓfunduz inferni depri
met eos in miſerijs non ſubſiſtẽt. Dei
de criſmel alter canis mittit̃ circa lepo
res:qui tã veloces ſunt ꝙ montes tran
ſeunt.i.ordinatos in eccĩa ſicut ſunt p̃ſ
biteri.rectores.capellani.monachi. ⁊
fratres mendicantes qui deberent ꝑ ra
tionem tranſire ad montes alte vite.ſ.
de terrenis exonerari ⁊ mundũ deſpice
re. Sed plures ſunt tñ̃ temptati per ca
nem iſtũ ꝙ ducit eos ꝓ volũtate ſua ad
rethe diaboli.aut eo ꝙ confidunt ĩ reb⁹
in quib⁹ decipiunt̃.cuz rector eccĩe vel
plebanus de ducentis vel trecẽtis mar
cis collegit duos diſcos de reſiduo mẽ
ſe ſue q͛s pauperib⁹ deberent dare.ſed vi
detur eis ꝙ multa fecerunt ꝓ dei amore
Ergo peſſime exponunt illã totaz pecu
niam.q2 pro mũdi vanitatib⁹ ⁊ pompa
ſeculi:⁊ q͛d peius ẽ in luxuria ⁊ guloſi
tate. Unde contra tales ſcriptũ ẽ. Du
ces ceci excolentes filicẽ. Aliqui ſacer
dotes ⁊ clerici tñ̃ cõfidunt in priuilegi
is eoꝝ ac in corona ſua ⁊ reuerẽtia quaz
populus ei facit:ꝙ ſi vnã miſſaz de die
cantãt:totũ reſiduuz diei ꝙ eis in vani
tatibus licite concedat̃ eſtimant Cõtra
tales dicit Salomon. Sũt impij qui
ita ſecuri ſunt quaſi iuſtoꝝ facta habeãt
Et tales cadẽt in ꝯfuſionem extremam
niſi penituerint. Deĩde alter canis ẽ ſo
lutus qui vocat̃ helyn qui verſat̃ in vſu
ra.i.ad mercatores ꝓpter quaz plures
cadunt in rethe diaboli. Quia vendũt
⁊ emũt vt terciã ꝑtem lucrent̃ vel plus
dicit p̃s. Non defecit de plateis eoruz
vſura ⁊ dolus. Ergo veniat mors ſuper
illos ⁊ deſcendant in infernũ viuẽtes.
Deinde alter canis qui vocat̃ beamys
.i.luxuria:ꝑ quã multi clerici ⁊ laici di
uites ⁊ paupes:ꝑui ⁊ magni:iuuenes
⁊ ſenes in rethe diaboli ſunt. Uidẽs er
go deus totũ genus humanũ ꝑ rethia
diaboli deſtrui ⁊ captũ teneri:miſit fili
um ſuũ in caſtrum puelle duplici arma
tura armatuz.ſ.diuinitate ⁊ humanita
te. Et poſtꝗ̃ natus ẽ die octaua dyabo
lum aggredit̃.ſ.qñ erat circũciſus ⁊ po
ſtea dedit bellum.ſ.i paſceue ⁊ obtinu
it victoriã vt ſic nos a vicijs ⁊ retibus
dyaboli liberaret:⁊ ad vitam eternam ꝑ
duceret.

## De timore extremi iudicij cũ expoſitione Capitulum.cxliij.

Rat quidam rex q̃ ſtatuit ꝑ lege ꝙ q̃cũ
ꝗ̃ ſubito mori d͛erz mane
añ ortũ ſol'añ domũ ei⁹ tubas caneret ⁊
ſtatim talis veſtib⁹ nigris ſe indueret ⁊
ſic ad iudiciũ veniret. Ille rex magnuz
conuiuiũ fecit ⁊ omnes ſatrapas regni
vocari fecit:qui omnes venerunt. In q̃
ꝯuiuio erant periti de omni genere mu
ſicali qui magnuz ſolacium conuiuis fe
cerũt ex ſuaui melodia. Rex ꝟo nullũ

ſolacium nec ſignum leticie oſtēdit ſed
vultū triſtem habuit ꝛ ſuſpiria ꝛ gemi
tus emittebat. Hoc videntes conuiue
mirati ſunt ꝛ non fuerunt auſi petere ab
eo cauſam triſticie: ſed dixerunt fratri
regis vt cauſam tante triſticie indaga-
ret: qui ꝛ fecit: dicens ſibi ꝙ omnes in
conuiuio mirarentur de tanta triſticia ꝛ
cauſam libenter ſcirent. Ait rex. Uade
ad domum tuā: die craſtina reſponſum
audies. Quod ꝛ factum eſt. Rex pre-
cepit bucinatoribus vt ſequēti mane ve
nirēt ante domum fratris ſui ꝛ tubis ca
nerent ꝛ ipſum ad eum ducerent ꝑm le
gem. Quod ꝛ fecerunt. Audiēs frater
regis de mane tubas ante domum ſuā
commota ſunt omnia viſcera eius ꝛ ſur
rexit veſtibus nigris ſe induit veniens
ad regem. Qui fecit fieri foueam ꝓfun
dam ꝛ vltra foueam cathedram fragi-
lem. que quatuor pedes fragiles habu-
it ꝛ fecit fratrem ſuum exui veſtibus ꝛ
ſuper cathedram poni. Cum autē in ca
thedra eſſet collocatus ordinauit vt gla
dius acutus vltra caput ſuum per filum
ſericum penderet. Deinde ordinauit q̄
tuor homines cū quatuor gladijs acu
tiſſimis: vnum a parte anteriori: aliū
a parte poſteriori: terciū a parte dextra
ꝛ quartum a parte ſiniſtra. Cum autē
ſic ſtarent ait rex illis quatuor. cum dix
ero: ſub pena mortis gladium in eum i
figite: ꝛ tubas omniaꝗ genera muſi-
calia fecit adduci coram fratre ꝛ mēſā
parari ꝛ diuerſa fercula apponi: ꝛ ait.
O frater mi cariſſime quare tantū do
les ꝛ tantam triſticiam in corde habes.
Ecce optima fercula: ecce melodia ſua
uiſſima quare non gaudes ꝛ letaris: at
ille. Quomodo potero gaudere cum ī
ſignum mortis hodie mane ſonitum tu
be ante domum meam audiui ꝛ modo ī
corruptibili ꝛ fragili cathedra ſum col-
locatus. Si indiſcrete me mouea ipſa
frangitur ꝛ in puteum cado de quo re-
ſurgere non potero. Si caput meum
erigo gladius vltra caput meum vſqꝫ
ad cerebrum me īterficiet. quatuor tor
tores in circuitu meo ſtant parati cum
gladijs ad vnicum verbum veſtrū me
occidere. Iſtis conſideratis ſi domin⁹
totius mundi eſſem gaudere non poſſē
Cui rex ait. Jam ad queſtionem veſter
nam quare non gauderem reſpondeo.
Ego ſum ſicut tu modo collocatus ī ca
thedra corruptibili ꝛ fragili: quia ī cor
pore fragili: cum quatuor pedibus cor-
ruptibilibus ſcilicet de quatuor elemē-
tis. ꝛ ſub me eſt puteus infernalis. vl-
tra caput meum gladius acutus ſcilicꝫ
diuinum iudicium paratum animam
meam a corpore ſeparare. ante me gla
dius acutus ſcilicꝫ mors que nulli par
cet ꝛ anteꝗ̄ ſperatur veniet. quomodo
vbi. quando penitus ignoro. A parte
poſteriori ali⁹ gladius paratus me ad
percutiendum. ſcilicet peccata mea que
in hoc ſeculo commiſi parata ſunt ante
tribunal me accuſare. Gladius a parte
dextra eſt diabolus qui circuit querens
quem deuoret: qui ſemper paratus eſt
animam meam recipere ꝛ ad infernum
deducere. Gladius a parte ſiniſtra ſūt
vermes que carnem meam poſt mortē
corrodent. Cum enim cariſſime frater
omnia iſta conſidero nūꝗ̄ gaudere po
tero. Si ergo tu tantū hodie me timu
iſti qui ſum homo mortalis: multo igi
tur plus creatorem meum ꝛ redemp-
torem meum dominum noſtrum Ihe
ſum chriſtum debeo timere. Uade er
go cariſſime frater ꝛ noli amplius ta
les queſtiones querere a me. Ille ve
ro ſurrexit ꝛ gratias de vita ſua regi fra
tri ſuo reddidit: promittens firmiter
ammodo vitam ſuam corrigere. Hoc
audientes omnes qui aderant lauda
bant reſponſum regis.

De ſtatu mundi actuali. Ca.cxliiij.

ertur de quo
dam rege cuius regnum in
tam ſubitam deuenit muta/
tionem: ꝙ bonum in malum: verum in
falſum: forte in debile: iuſtum in iniuſtū
eſt mutatum. Quam mutationem rex
admirans a quattuor philoſophis ſapi
entiſſimis cauſam huius queſiuit: qui
inq̃z philoſophi poſt ſanā deliberatiōez
ad quattuor portas ciuitatis ꝑgentes qui/
libet eorū tres cauſas ibi ſcripſit. Pri
mus ſcripſit. Potentia eſt iuſticia ideo
terra ſine lege. Dies eſt nox: ideo terra
ſine via. Fuga eſt in pugna ideo regnū
ſine honore. Secundus ſcripſit Unus
eſt duo: ideo regnū ſine veritate. Ami/
cus eſt inimicus: ideo regnū ſine fideli/
tate. Malum eſt bonum: ideo terra ſine
pietatate. Tercius ſcripſit. Ratio ha
bet licentiam: ideo regnum ſine nomīe.
Fur eſt eſt prepoſitus ideo regnum ſine
pecunia. Corabola vult eſſe aquila: iō
nulla diſcretio in patria. Quartus
ſcripſit. Uoluntas eſt conſiliarius: iđo
terra male diſponitur. Denarius dat
ſententiam ideo terra male regitur. De
us eſt mortuus ideo totum regnuz pec
catoribus eſt repletum.

Expoſitio.

Cariſſimi.

Quandoqz ter
ra ſolebat regi per iuſticiam ſm̄ leges
diuinas ⁊ imperiales. Nunc autem re
gitur per potentiam Nota moraliter
⁊ verū eſt: qꝛ olim iuſticia dictauit ꝙ de
us eſſet diligendus ſuper oīa. ⁊c̄. Sed
potentia in regno anime vicit intantum
ꝙ homo ex certa malicia contra inclina
tionem ꝓprie voluntatis: qua naturalit̄
magis inclinatur ad bonū q̃z ad malū.

hoc facit. Secundū etiam verū eſt quia
olim clerici laicis per bonum exempluz
ad eternam patriā viam prebuerūt ſed
mutatus eſt color optimus. quia omēs
declinauerunt: ſimul inutiles facti ſunt
non eſt qui faciat bonum. Patet de pa/
pa qui olim beneficia dedit clericis dig/
nis ꝓpter deum ſpernendo munera ſicut
petrus reſpondit ſymoni mago. Pecu
nia ſit tecum in perditionem. Hoc idē
patet in religioſis qui olim per bonam
vitam viam ad eternam patriam ꝑ pau
pertatem oſtendebant: qꝛ attendebant
ad illud. ꝙ monachus habens obuluz
non valet obulum. Hoc idem patet in
clericis: qꝛ vt dicit Jero. Quicquid p̄
ter ſimplex veſtimentum ⁊ victum de al
tari retines tu ſacerdos: tuū non eſt ſed
pauperum. rapina eſt ⁊ ſacrilegium eſt
Jſti em̄ omnes tam monachi q̃z canoni
ci: tam monales q̃z clerici noctem ver/
terunt in diem. Et ideo arta eſt via que
ducit ad patriam. ⁊ pauci quia carēt lu
mine incedūt per eam. Terciū primi.
Fuga em̄ eſt in pugna ꝓbatur litteralit̄
Nam olim dn̄i ſi vnus habuit aliquid
aduerſus alium ſolebant pugnare. ⁊c̄.
ſed modo honor receſſit: qꝛ nolunt pug
nare: ſed quotidie per rapinam per fur/
tum ⁊ talia vnus intrat terrā alterius ⁊
nolunt pugnare: qꝛ emūt equos velo/
ciſſimos ad fugiendū. Spūaliter verū
eſt qꝛ olim hoīes tēptatiōes vincebant
⁊ aduerſarios. ſ. carnē mundū ⁊ dyabo
lū ſupabāt. Et ſic apud deū fuerūt mag
ni meriti ⁊ honorē ex hoc reportabant ſz
hodie qn̄ deberēt pugnare ꝯſēnēdo fugi
unt. Scđs dixit. vnꝰ ē duo. ⁊c̄. q̄ ē rō.
qꝛ veritas nō eſt in mūdo niſi ꝙ cor ⁊ lin
gua q̄ deberent eē vnū iā ſunt diuerſa qꝛ
quicquid hō iā ꝑ os affirmat cor negat
Nota ex iſto ꝙ hodie littere ſigillate nō
valent. Juramenta preſtita non tenen
tur. et cetera. quod non fuit olim. qꝛ ſi

vnus dixiſſet alteri ſimplici verbo faci
am tibi hoc: credidiſſet. Sp̄ualiter ve/
rum eſt quia anima que deberet eſſe ī ca
ritate vna cum deo ꝑ peccatum eſt diui
ſa. Secundū. amicus eſt inimicus. ⁊c̄.
que eſt ratio niſi ꝙ non eſt fides in mun
do. Certe qui deberet eſſe amicus iam ē
inimicus. Jam verificatū eſt verbū xp̄i
Surget filius contra patrē. Credo ꝙ
non ſit modo ita bonus amicus qui pro
pecunia non fieret inimicus. Sp̄ualit̄
etiam verum eſt: qꝛ xp̄i amici in euange
lio ſumus dicti: quia teſte chriſto Jam
non dicam vos ſeruos ſed amicos: ſed
hodie facti ſumus inimici. qꝛ caſtrū dm̄
ſcilicet cor noſtrum tradimus dyabolo
Terciū malum eſt bonum. ⁊c̄. Que eſt
ratio ꝙ hodie tam magna crudelitas re/
gnat in mundo ⁊ auaricia. Certe nulla
alia q̄ȝ illud quod eſt malum factum ē
bonum. ſ. pecunia. Qꝫ autem pecūia ſit
mala probatur per philoſophū qui di
cit ꝙ aurum ſiue argentum non eſt niſi
fex terre. Poſtq̄ȝ iſte feces facte ſūt ita
care: pietas receſſit. Sed tamen teſte
ſapiente. Nihil iniquius q̄ȝ amare pe/
cuniam. Sp̄ualiter peccatum quod eſt
maius malū quod inueniri poteſt: ho/
die factum eſt bonū: qꝛ pauci ſunt q̄ non
peccent. Cōtra quos ꝓpheta. Ve vobis
qui dicitis malū bonū. ⁊ bonū malum.
Tercius dixit. Ratio habet licentiam.
Que eſt ratio ꝙ hodie chriſtiani carent
nomine: certe nulla alia niſi ꝙ ratio ī ho
minibus eſt licenciata. Homo vocatus
eſt chriſtianus per rationem a chriſto.
ſed homines non vtuntur ratione. quia
homo cum in honore eſſet non intellex/
it. ⁊c̄. Nam porcis aſſimilatur per luxu/
riam Leoni per ſuperbiam Cani per īui
diam. Vulpi per doloſitatem. Et ideo
non meretur dici homo nec chriſtianus
quia vitam xp̄i totaliter deſeruit. Spi
ritualiter verum eſt. Quia ſi homo ha

beret rationem deum ſuper omnia dili/
geret Probo quia ratio dictat ꝙ bonū
eſt diligendum. ⁊ magis bonum ma/
gis diligendum. ⁊ maxime bonuȝ maxi
me diligendum. Sed conſtat ꝙ deus
eſt maxime bonus. ⁊ bonum quo magꝰ
bonum cogitari non poteſt. Jdeo ſi ho/
mo rationem haberet ipſum pre oībꝰ di
ligeret. Secundū. fur eſt ꝓpoſitus. ⁊c̄.
Que eſt ratio ꝙ pecunia dn̄atur. nulla
alia niſi ꝙ officiales ſunt fures. nō dico
fures: ſȝ vnū ꝑ experientiā video ꝙ do
mini temꝑales ſunt pauꝑes ⁊ prepoſiti
abundant. Video etiā ꝙ iſti villani ru
ſtici ⁊ alij pauꝑes modicum habent. Et
iſti diuites abundant. Que eſt rō: niſi
ꝙ fures exiſtūt. Romani ſi vnus alteri qui
q̄ȝ marcas vel tot florenos acciperet nōne
fur iudicaretur. Sed iſti quantū recipi
unt de capitali ſumma notum eſt confeſ
ſoribus. Et ideo veri fures non ſuſpēdū
tur: teſte phō: qui vidit ꝙ iudex duxit
furem ad patibulū phō ridente. ⁊ iudi
ce querente quare rideret: rn̄it. ꝙ magnꝰ
fur duxit paruū furem. Sp̄ualiter verꝫ
eſt de illis qui ꝓ modica delectatiōe do
aīas quas ſuo ſanguine acquiſiuit furā
tur ⁊ dyabolo ſubijciūt. Terciū corabo
la. vulgariter. Der weuel wylt vlye
gen alſo hoge als der arnt. aquila Jdeo
non eſt diſcretio. Nam qui deberet agꝫ
colere hodie volunt dominari. Nā poſt
q̄ȝ habent vnū par ocrearū ⁊ calcariuȝ ⁊
equū ipſi equitare volunt ⁊ vocari do
micelle. Johannes vel xp̄iane. ⁊ ſic de
alijs verꝫ ē de iſtis citatenſibꝫ quoꝝ ꝑen
tes fuerūt pellifices ⁊ ſutores. ⁊c̄. Jpſi
āt ſe habent vt milites. Modica diffe
rentia ē hodie in mūdo: ſimilr̄ applica ſi
cut ſcis ⁊ vis de mlr̄ieribus Sp̄ualiter
verū eſt de iſtis monialibus monachis
⁊ clericis. Nota quō hodie vadunt ⁊c̄.
Quartus philoſophus dixit. volūtas
eſt ratio: ideo regnū male regitur Que

eſt ratio q terra male regitur. Certe nulla alia niſi q dominorum conſilium eſt malum: nam olim conſiliarij ſolebant dare conſilia iuxta equitatem. Nunc aūt ea dant ſcd'm voluntatem. applica ſicut vis et ſcis: quare hoc faciūt. Spūaliter etiam verum eſt quicquid ratio dictat pro eterna ſalute: voluntas vult oppoſitum. Secundū. Denarius dat ſententiam. ⁊c. Que eſt ratio q ſic vēditur iuſticia. Quia modo nulla alia iuſticia eſt q̄ȝ denarius: quia ſi venerit denarius ad iudiciū ⁊ ſi habueris dare pecuniam et cauſam minus iuſtam habueris: iudex pro te ſententiabit non te videt ſi reꝰ fueris quia munera iudicum oculos excecant. Spiritualiter etiam verum eſt ī iudicio confeſſionis: quia ſi volueris de magnis peccatis impetrare veniam faciliter ⁊ iudicem confeſſorem placare pecuniam oſtendas. ⁊ licet non habuerit auctoritatem. te abſoluet. penitentiam imponet. Nota etiaȝ litteraliter de iſtis officialibus ⁊ curia romana que nō petit ouem ſine lana. Tercium. Deus eſt mortuus. ⁊c. Certe ſi deus adhuc viueret ſicut ante incarnationem quando ꝓpter peccatum luxurie totum mundum ſubmerſit octo animabus exceptis.

Nota quomodo homines tunc ſe ſolebant retrahere a peccatis ſaltem timore ſi non amore. eo q ſciebant deum omnia vindicare. Sed nunc quaſi mortuꝰ a nobis reputatur nec de futuro iudicio vel inferno. vel eterna pena vel eterno regno cogitamus. ⁊c. Ecce audiſtis duodecim rationes quare totus mundus eſt in maligno poſitus. Quieſcite ergo cariſſimi agere peruerſe. diſcite bene facere. Iſaye. Auſcultate vt cognoſcatis veritatem ⁊ veritas vos liberabit. quā omnis terra approbat. celum etiam ipſam benedicit ⁊ omnia opa trement eā. q̄m non eſt cum ea quid iniquū. ideo ꝑmanebit in eternum.

De via ſalutis quam dominus deus ꝑ filium ſuum aperuit.

Capitulum. cxlv.

Albertus narrat q tempore philippi erat quedam via que ducit inter duos montes armenie que diu nō erat frequentata. Poſtea autem accidit nullum poſſe tranſire viam propter aeris īfectionem niſi expiraret. Unde rex a ſapientibus cauſam tanti mali querebat. ⁊ nullus ex eis ei veritatem dicere poterat. Tandem vocatus ſocrates dixit regi q edificium edificaret equalis altitudinis cum montibus. Quo facto fecit ſocrates fieri ſpeculum de calibe: plane ſuperficiei politum ⁊ mundum. vt ab omni loco montium foret aſpectus ⁊ reflectio ad ſpeculuȝ. Quo facto intrauit Socrates edificium. ⁊ vidit duos dracones: vnum ex parte montis. alium vero ex parte vallis. Qui contra ſe ora mutuo aperiebant. et aerem hauſerunt Et dum ſic reſpiceret quidam iuuenis in equo qui periculum ignorabat volēs tranſire per viam illam ſubito de equo cecidit et incontinenti mortuus eſt.

Socrates vero ſtatim ad regem cucurrit. ⁊ omnia viſa eidem narrauit. Poſtea vero per artem ſubtilem capti ſunt dracones et poſtea interfecti. Et ſic via ſalutis omnibus eam tranſeuntibus et ambulantibus facta eſt.

Moralizatio.

Cariſſimi.

Ex illos mōtes qui eleuabantur ſuper oēm ſupficiē terre nobiles

ac mundi potentes intelligo: qui ultra cõmunitatem populi eleuantur vel partem laycalem ſiue clericalem Und̃ pſ. Aſcenderunt montes .ꝛc. Inter iſtos montes eſt cõmunis tranſitus populi: quia totus per eos regitur In iſtis mõtibus ſolent latere duo dracones id eſt duo vitia.ſ.ſuperbie ꝛ luxurie: quoruꝫ veneno totus mundus inficitur. Iuxta illud.i.Jo.iij. Omne quod in mũdo eſt aut eſt ſupbia vite aut luxu.ꝛc. Iſtorum draconum vis eſt nobis ignota.ꝛ ideo quis per viam illam cõmunem in qua dracones latent tranſeunt ſubito illorum veneno preuenti moriũtur. Sꝫ anteq̃ꝫ periculum ſentiamus: debemus oculos noſtros ad ſpeculum mundum ꝛ politum.i.ad ſaluatorem dirigere. de quo Sapientie ſeptimo. Candor lucis eterne ꝛ ſpeculum ſine macula. Itẽ debemus altum edificium edificare. Hoc edificium eſt vita munda per penitentiã ꝛ bonis virtutibus ornata qua debemus noſtra pericula preuidere. Et quomodo iuuenis.i.homo vanitati deditus cadit de equo virtutis ꝛ moritur ſpiritualiter. Hoc videns ſocrates.ſ.bonus p̃latus debet currere ad regem glorie. ꝛ eum de nocte pro ſubdito orare: vt poſſit viam periculoſam precauere. ꝛ viam ſalutis eterne glorie eligere. Et ſic vitã poſſidere eternam. Quod nobis.ꝛc.

De principibus ꝛ magnatib' fortit' arguendis pro eorum forefactis.

Capitulum.cxlvi

Refert augu ſtinus de ciuitate dei q̃ diomedes pyrata galea vna longo tp̃e ĩ mari homines ſpoliauit ꝛ cepit. Qui cum multis nauib' iuſſu alexandri fuiſſꝫ queſitus ꝛ tandem captus. Et alexandro p̄ſentatus eũ interrogauit dicẽs Quare mare habet te infeſtum. Ille ſtatim reſpondit. Quare te orbis terrarum. Sꝫ quia ego hoc ago vna galea latro vocor Tu vero mundum opprimens nauium multitudine magna diceris imperator Sed ſi circa me fortuna manſueſceret: fierem melior. econuerſo tu quanto infortunatior tanto deterior Alexander reſpondit. Fortunam tibi mutabo ne malicia tua fortune ſed meritis aſſcribatur Sicq̃ꝫ ditatus eſt per eũ. ꝛ de latrone factus eſt princeps ꝛ zelator iuſticie

Moraliſatio

Cariſſimi.

Iſte pyrata in mari cum vna galea eſt peccator in mũdo cum ſola vita. ꝛ tamen non deſiſtit occidere virtutes ꝛ ſpoliare p peccatum quas recepit in baptiſmo. Sed alexander.i.princeps vel prelatus habet talem ad viam rectitudinis adducere per naues.i.per monita ſancte eccl'ie Sed caueat prelatus vel princeps: vt ſeipm̃ prius iudicet vt non inuentus ſuerit peior illo quem arguere voluerit. quia ſi ſic grauius puniretur Demuꝫ latro ille factus eſt zelator iuſticie. ꝛ p bonum decorem peccator ad optimum finem peruenit. Et tunc eſt maius gaudium ſuper vno peccatore penitentiam agente, q̃ꝫ ſuper nonaginta nouem iuſtis qui non indigent penitentia.

De peccati veneno quod animã intoxicat.

Capitulum.cxlvij.

De quodaꝫ rege narratur: quem inimici eius occidere cogitabant. ꝛ q2 potens erat veneno eũ p̃dere volu

erunt. Venerunt aliqui eorum ſimplici veſte induti ad ciuitatem vbi manebat ⁊ ibi erat fons aque de quo rex multociens bibebat: hunc fontē veneno vndique intoxicauerunt. Rex autem ignorabat ⁊ bibit ſicut ſolitus erat ⁊ mortuus eſt.

Moralizatio.

Cariſſimi.

Rex iſte eſt adam primus homo cui ſubiecte erant omnes creature corporales. ps. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. ⁊c. Illum regem querebant demones interficere veneno quod fuderūt in fontem in quo deo placuit. Fons ille eſt cor humanū: quia ſicut riuuli reſpectū fontis exeūt: ita cor hominis influit virtutē ⁊ regimen oībus mēbris ad illum fontem infuſum fuit venenū quando primus parens per ſuggeſtionē cōcepit contra dei preceptū facere ⁊ ei aſſēſum prebuit ⁊ tunc de iſto fonte mortē bibit. Et poſt eū quaſi infiniti homīes mortui ſunt: donec xps veniret ⁊ nos liberaret de iſto fonte: ex hoc deſcendūt riuuli in nobis: quia rōne illius peccati ſemper habemus promptitudinē ad peccandum. Juxta illud. ſenſus ⁊ cogitatiōes hominis prona ſunt ad peccandū ab adoleſcentia ſua

Quod peccatū hic vel alibi punietur. C. cxlviij

Refert aulus gallius de amone quod cū ditiſſimus eēt ⁊ trāſire vellet de vno regno in aliud produxit nauē: ſed naute propter pecuniā eum occidere volebant. Sed ipſe ab eis impetrauit vt prius cantare poſſet ad honorē delphinis qui in cantu hoīs delectatur. Cū vero in mare proiectus eēt delphin eū ſuſcepit ⁊ in terrā deportauit. ⁊ dū naute eū mortuum crederent ipſe in terra apud regē eos accuſauit: qui coram rege poſiti: victi ſunt ⁊ damnati.

Expoſitio

Cariſſimi.

Hic modo eſt ſi eſt aliquis diues diuitijs virtutū qui per huius ſeculi mare patienter proponit ad deum tranſire: venient filij dyaboli. ⁊ ab eo famā ⁊ bona temporalia tollūt ⁊ alijs moleſtijs vexant. ſed certe ipſe inter hec cauere debet deuotis orōibus a deo auxilium petendo. ⁊ ſic portatur in terrā De qua ps. Portio mea dñe ſit in terra viuentiū. ⁊ inimici tradent penis eternis.

De vana gloria quam multa mala ſequuntur Cap. cxlix.

Valerius narrat quod quidā nobilis conſilium ſapientis queſiuit quō poſſet nomen ſuū perpetuare. Rñt quod ſi virū illuſtrem occideret nomē ſuū perpetuatū eſſet. Quo audito philippū prēm alexandri magni interfecit: vt nomē ſibi acquireret. Sed ille cito poſt miſerabili morte extinctus eſt. Applicatio.

Cariſſimi

Aliqui nobiles ac mūdi potentes per mala opa ſua acquirunt nomen mūdanū: ſed ſine dubio per illud nomen quantū in eis eſt dñm deū occidūt. Ideo tales mala morte moriuntur: ⁊ cū in inferno ſepeliūtur

De rore celeſtis gratie Ca. cl.

Plinius narrat quod ſit quedā terra: in qua nec ros nec pluuia deſcēdit. Vñ maxima eſt ibi ſiccitas ⁊ defectus aque quia tñ eſt ibi vnus fons qui aquā in profūdū habet Cū vero hoīes aquā volūt habere accedūt ad fontem cū omī genere muſicorū quod habent et circūeūt fontem dulcē facientes melodiā: poſt melodiā

aqua aſcendit ad os fontis ⁊ fluit in abundantia ⁊ ſic homines aquam capiunt ⁊ recedunt.

Moralizatio.

Cariſſimi.

Terra illa que ſicca eſt mundus iſte eſt qui hoīez siccū reddit. ab oratione ⁊ deuotione ⁊ ſubtrahit rorem celeſtis gratie Fons iſte ē deus. Unde eccl'. Fons ſapientie in excelſis dei. Eamus ergo ad fontem illuz cum inſtrumentis muſicis id eſt deuotis orationibus: vt noſtra vox ſit dulcis in aure dilecti. ⁊ accedat ad nos aqua gratie ſue. Quam nobis concedat. ⁊c.

De aīa peccatrice per peccati lepram infecta quomodo curatur.

Capitulu3.cli.

Quidā rex nobil' in regno ſuo habuit duos milites Unus erat auarus ⁊ alter inuidus. Auarus pulchram vxorem habuit oculis omniū gratioſā Inuidus vero vxorem valde turpem ⁊ omnibus odioſam ⁊ quandam terram annexam militi auaro habuit: quā miles cupidus per omnia habere deſiderabat. Sepius ad eum acceſſit. ⁊ multa ei obtulit ſi terram ſuam ei vendere vellet. Miles vero inuidus reſpondit ſe ſi vellet vendere hereditatem ſuam nec pro auro vel argento. Attamen ex inuidia cepit cogitare quomodo pulchritudinē vxoris auaro militi poſſz denigrare ⁊ dixit militi auaro. Si deſideras terrā meam habere nil pro precio deſidero: niſi ꝙ vxor tua mecum ſit vna nocte. Qui ei annuit ⁊ vxori dixit. Que repulſam dedit primo: ſed tandem per virum īducta conſenſit. At ille miles inuidus antequā ei condormiret cuz leproſa ſe commiſcuit. Hoc facto ad dominam acceſſit ⁊ eam cognouit quotiens voluit. Quo facto eidem intimauit ꝙ lepram incurreret: dicens quomodo inuidiā de hoc habuiſſet ꝙ vxor ſua tam turpis eſſet ⁊ ipa tam pulchra ideo eam ſic deturpauit. Quod audiens triſtis facta eſt. ⁊ flens amare marito ſuo intimauit: qui valde triſtis factus dixit vxori ſue. Do tibi conſilium. Adhuc nullum ſignuz lepre in te apparet: hic prope extra regnū eſt magna ciuitas in qua eſt vniuerſitas ad illam pergas. ⁊ omnibus venientibus ſis communis. ⁊ qui prius ad te acceſſerit infirmitatem recipiet ⁊ ab om̄i lepra curaberis. Quod factum eſt Uenit filius imperatoris adamando eam: fecitq̄ȝ eam venire ad ſe. ⁊ eam rogauit vt ei conſentiret: que negauit dicens. Abſit a me vt ego paupercula ſim cōcubina filij īpatoris. At ille magis ac magis eam propulſauit vt ei conſentiret. Illa cogitauit. Hic filius imperatoris ſi lepram incurreret magnum damnuz eſſet. Ei propoſuit quomodo incideret lepram ſi eam cognoſceret. At ille nolens deſiſtere eam cognouit ⁊ lepram īcurrit. Altera die ſentiens ſe liberatā ad patriam perrexit dicens ei. Si vos contigat lepram incurrere ad me declinate. ⁊ ego vobis inquantum poſſum de neceſſarijs prouidebo. Poſt hoc non diu filius imperatoris leproſus factus eſt. ⁊ tantum verecundabatur: ꝙ nocte nullo ſciente ad dominam iuit vbi manebat. Hoc domina percipiens marito ſuo intimauit. dicens. Ille eſt qui ꝑ me infectus eſt. et ego a lepra liberata ſum: qui videns eum turpiter infectum fleuit amare: cameram ſibi ordinauit in qua ſolitarius manebat. ⁊ domina ei ꝑſonaliter miniſtrabat. ⁊ in eodem loco ſeptem annis manebat. Accidit eniz ꝙ

in ſeptimo anno erat calor intolerabilis. ⁊ leproſus vas magnum cum vino pro refocillatione habebat: quidaꝫ ſerpens in orto exiſtens vas intrauit ⁊ ſe balneauit. ⁊ in profundum poſt lotionē iacuit. Leproſus cito a ſomno expergefactus multum ſitiebat. vas cum vino accipiens ipſo ignorante ſerpentem ibibit. Poſt hoc ſerpens omnia interiora eius cepit rodere. tam grauiter ꝙ lepꝛoſus gemitus ⁊ ſuſpiria dabat. Domina ei maxime compatiebatur Paſſio illa durabat per tres dies cōtinue: quarto die vomitum fecit. ⁊ cum vomitu et veneno interiori ſerpentem proiecit. ſtatim dolor ceſſabat. de die in diem paulatim ſpecies lepre ab eo receſſerunt. ⁊ poſt ſeptem dies caro eius ab omni lepra eſt curata ſicut caro pueri. De quo domina multum eſt gauiſa. ⁊ veſtimentis precioſis ipm induebat. dextrarium optimum ei dedit. ⁊ ad imperatoreꝫ perrexit: vbi cum honore eſt receptus ⁊ poſt mortem patris regnauit. ⁊ vitam in pace finiuit

Moraliſatio

Cariſſimi.

Er iſtos duos milites cupiduꝫ inuidū dyabolum ⁊ primum hominem ſcilicet Adam debemus intelligere. Diabolus erat inuidus ⁊ habuit turpem vxorem ſcilicet effigiem per ſuperbiam deturpatam. Quia ſplendida fuit creata. ⁊ per peccatum facta eſt turpis. Miles auar? ſcilicet adam vxorem pulchram habuit. ſcilicet animam ad ſimilitudineꝫ dei creatam. Geneſis primo Videnſqꝫ diabolus ꝙ homo erat ſic formatus vt locum eius in celo occuparet: multum ei inuidebat. ⁊ ſtuduit quomodo eius vxorem ſcilicet animam deturpare poſſet. Adam vero cupidus: qui non tantum erat contentus de dei beneficio quod ſibi dedit. ſcꝫ de paradiſo: ſed quaſi alter deus eſſe volebat. Et ideo expulſus eſt extra terram paradiſi: quam iniuſte petijt Videnſqꝫ dyabolus ad euam acceſſit dicens. Si comederitis de ligno, vite eritis ſicut dij ſcientes bonum ⁊ malū Geneſis tercio capitulo Dyabolus prius ſe miſcuit cum lepra. ſcilicet iniquitate. ⁊ ſic ad innocentem acceſſit ⁊ mortaliter peccauit quando diuinuꝫ preceptum violauit. ⁊ ſic homo factus eſt lepſus ſpiritualiter loquendo. propter quod extra regnum paradiſi erat expulſus in vniuerſitatem huius mundi Filius imperatoris ſcilicet filius dei videns hominem quem formauerat in miſeria: cum natura eius ſe miſcuit: quando de celis deſcendit in vterum matris ſue benedicte: ⁊ carnem noſtram aſſumpſit: intantum ꝙ nos miſeros ab omni lepra peccati per paſſionem ſuam liberauit. et ipſe peccata noſtra tulit in corpore ſuo factus eſt turpis in paſſione. Unde Yſaie quinquageſimo ſexto capitulo Vidim? eum non habentem ſpeciem neqꝫ decorem. Et ſequitur. Reputauimus eum quaſi leproſum percuſſum a deo ⁊ humiliatum. Nos vero ſic liberati per mortem chriſti poterimus ad patriam celeſtem ſecure ſi voluerimus peruenire: ſꝫ chriſtus nos quotidie temptat ⁊ pulſat ad ianuam cordis noſtri. Sicut ipſe teſtatur Canticorum. Ego ſto ad oſtium ⁊ pulſo: ſi quis aperuerit mihi cenabo cū eo. Sed diligenter eſt aduertendum: ꝙ oſtium cordis noſtri debemus ei aperire per ſeptem opera miſericordie. ⁊ cū cum omni gaudio recipere. et in ſpeciali camera extra homines eum ponere: vt ipſe nobiſcum ſemper maneat. Et ſicut iſte leproſus ſitiuit in cruce cū dixit

Sitio Quid ſitiebat. Dico non vinũ
ſed ſalutem animarum noſtrarum. Ju
dei hoc audientes acetum cum felle mix
tum ei dederunt. Ecce ſerpentem vene/
noſum pro noſtra ſalute bibit. ⁊ totum
venenum peccati primi parentis proie
cit. ⁊ ſic cum dextrario diuinitatis cum
humanitate in die aſcenſionis cũ multi
tudine celos aſcendit in iubilo ⁊ gloria
ſempiterna. Ad quã nos perducat. ⁊c̃.

Q̄ xp̄s ab eternis periculis ⁊ demonũ
obſidionibꝫ nos liberauit. Cap̃. clij.

## Quidam vero
princeps nomĩe cleonitus
cuius populus in quadã ci/
uitate claudebatur obſeſſus qui volens
populo ſuo caute conſulere quid ſibi v/
tilius expedire t precepit vt vnus de mi
litibus ſuis obſidionem accederet: qui
obſidentibus inſultum preberet ordina
uit ꝙ in telis ſuis latenter ⁊ artificialit̃
ſcriberetur. Confortamini in domino ⁊
eſtote fideles in obſidione in perſona
cleoniti venio ⁊ obſidionem ãmouebo.

Moraliſatio

Cariſſimi.

## Iſte princeps
eſt chriſtus. populus obſeſſus
in ciuitate peccatores in mũdo qui a de
monibus obſidentur ꝙ ſi non diuinitꝰ
admouemur animas noſtras occident.
Miles miſſus eſt predicator. Apoſ. ad
thi. Labora ſicut bonus miles. Ille mi
les in exteriori apparentia quaſi aduerſa
rium peccatoribus oſtendit: quia lance
am ſagittam ⁊ inſultus prebet: dũ acu
ta verba nunc contra guloſos: nunc cõ/
tra luxurioſos ⁊ ſic de ceteris propoĩt.
Sed pro certo amicus noſter eſt: quia
plus valent verbera diligentis q̄ꝫ oſcu
la blandientis.

De tribulatione temporali que in/
gaudium ſempiternum poſtremo com
mutabitur. Capitulum. cliij.

## Athiochus
in ciuitate ãthiochia regna/
uit: a quo ipſa ciuitas ãthi/
ochia nomen accepit. Ex coniuge ſua fi
liam ſpecioſiſſimam genuit. Que cum
perueniſſet ad etatem legitimam ⁊ ſpe
cies pulchritudinis accreſceret: multi
eam in matrimoniũ pẽtebãt cũ magna
⁊ ineſtimabilis dotis quantitate. Sed
cum pater deliberaret cui potiſſime fili
am ſuam daret in matrimoniũ hoc neſ/
ciens quia iniqua concupiſcentia crude
litatisqꝫ flamma in amorem filie ſue ex
arſit: cepitqꝫ eam amplius diligere q̄ꝫ
patrem oporteret Qui cum luctaretur
cum furore: pugnat cum pudore: vinci
tur amore. Quadam die acceſſit ad cu
biculum filie ſue ⁊ omẽs a longe ſedere
iuſſit quaſi cuꝫ filia ſua colloquiũ ſecre
tum habiturus Stimulante furore libi
dinis diu repugnante filia nodum vir/
gĩtatis erupuit ⁊ pudoreꝫ violauit. Cũ
qꝫ puella quid faceret cogitaret: nutrix
ſubito ad eam intrauit. Quam vt vi/
dit flebili vultu ait. Ob quam rem affli
gitur anima tua. Puella ait. O cariſſi/
ma: modo in cubiculo iſto duo nobilia
nomina perierunt. Ait nutrix. Domĩa
quare hoc dicis. At illa: Quia ante ma
trimoniũ meum peſſimo ſcelere ſuꝫ vio
lata. Nutrix cum hec audiſſet ⁊ vidiſſet
amens quaſi facta dixit. Et quis diabo
lus tanta audacia thorum regine auſus
eſt violare. Puella ait. Impietas hoc
fecit. Nutrix ait. Cur non indicas patri
Puella ait. Ubi eſt pater. Si intelli/
gas peribit nomen patris in me: mor/
tis mihi remediuꝫ placet. Nutrix audi
uit eam mortis remedium querẽs: blã
do eã ſermonis eloquio reuocauit vt a

pꝛopoſito ſuo recederet. Inter hec ipiꝰ
pater cum ſimulata mente oſtenderꝫ ci
uibus pium patrem inter domus parie
tes mariti̅ ſe eſſe filie letatur ⁊ vt ſemꝑ
impijs filie thoꝛis frueretur ad expelle̅/
dos peritoꝛes qui eam in coniugem pe/
teba̅t nouum genus nequitie cogitauit
Queſtionem vero pꝛeponebat dicens
Si quis queſtionis mee ſolutione̅ inue
nerit filiam mea̅ in vxoꝛem habebit ⁊ ſi
defecerit decollabit. Plurimi vndiqꝫ
reges pꝛopter incredibilem ⁊ inaudita̅
puelle ſpeciem veneru̅t ſi quis foꝛte pru
dentia litterarum queſtionis ſolutione̅
inueniſſꝫ quaſi nihil dixiſſet decollaba
tur ⁊ caput eius ſupꝛa poꝛtam ſuſpende
batur vt aduenie̅tes imaginem moꝛtis
viderent ⁊ turbarentur ne ad talem con
ditionem accederent. Hoc totum fece/
rat vt ipſemet cu̅ filia ſua poterat i̅ adul
terio permanere. Cum vero tales crude
litates exerceret a̅tiochus. interpoſito
bꝛeui tempoꝛe adoleſce̅s quida̅ tyrꝰ pa
trie ſue pꝛinceps locuples valde Appol
lonius nomine bene litteratus nauiga̅s
antiochiam intrauit. Ingreſſuſqꝫ ad re
ge̅ ait. Aue rex. Et ille. Salui ſint nup
tari parentes tui. Ait iuuenis Peto fi
liam tuam in vxoꝛem. Rex vt audiuit
quod audire nolebat reſpiciens iuue/
nem ⁊ ait Noſti nuptiarum conditione̅
Ait iuuenis. Noui ⁊ ad poꝛtam vidi.
Indignatus rex ait. Audi ergo queſti
one̅. Scelere vehoꝛ. materna carne veſ
coꝛ. quero fratrem meum. matris mee
virum nec inuenio. Puer accepta que
ſtione paululum receſſit a rege ⁊ cum
ſcientiam quereret deo fauente ſolutio/
nem queſtionis i̅uenit ⁊ reuerſus ad re
gem ait. Bone rex: pꝛopoſuiſti queſtio
nem. audi ergo ſolutione̅. Nam quod
dixiſti ſcelere vehoꝛ non es mentitus.
te eſſi ipſum intuere. materna carne veſ
coꝛ. filiam tuam reſpice Rex cum audi
uit ſolutionem queſtionis iuuenem ſol
uiſſe: timens ne peccatum ſuum pateſi
eret irato vultu eum reſpiciens dixit.
Longe es iuuenis a queſtione nihil ve
rum dixiſti decollari quidem pꝛomeru
eris ſed ecce habebis dierum triginta
ſpacium recogita tecum. Reuertere ad
terram tuam ⁊ ſi soluto̅nem queſtionis
inueneris filiam meam in matrimoniu̅
accipies. ſin autem: decollaberis. Iuue
nis turbatus accepto comitatu nauem
aſcendens tendit in patriam ſed poſt
receſſum adoleſcentis vocauit rex diſpe̅
ſatoꝛem ſuum Taliarchum nomine cui
ait. Taliarche: ſecretoꝛum meoꝛum mi
niſter fideliſſime: ſcias ꝙ Tyrus appol
lonius inuenit queſtionis mee ſolutio/
nem aſcende ergo confeſtim nauem ad
perſequendum eum ⁊ cum perueneris
Tyrum quere eum ⁊ cu̅ ferro vel vene
no interfice eum. Reuerſus dum fuerꝭ
pꝛemium magnum accipies. Taliarcꝰ
ſcutum accipiens pecuniamqꝫ pergens
ad patriam iuuenis venit Appollonius
vero pꝛius venit ⁊ ad domum ſuam in
troiuit apertoqꝫ ſcrinio omnes libꝛos
reſpexit ⁊ nihil aliud inuenit niſi ꝙ re
gi dixerat ⁊ dixit intra ſe. niſi falloꝛ An
tiochus rex impio amoꝛe diligit filiam
ſuam ⁊ recogitans ſecum dixit. Quid
agis Appolloni concluſionem eius ſol
uiſti ⁊ tamen filiam non accepiſti Ido
dilatus es a deo vt non moꝛieris. Con
tinuoqꝫ iuſſit ſibi naues pꝛepare ⁊ eas
centum milibus modioꝛum frumenti
onerari ⁊ multo pondere auri ⁊ argenti
⁊ veſte copioſa ⁊ cum paucis ſecum fi
deliſſimis hoꝛa noctis tercia nauim aſ
cendit tradiditqꝫ ſe alto pelago. Alia
vero die queritur a ciuibus ſuis ⁊ non
inuenitur meroꝛ ingens naſcitur ꝙ a/
ma̅tiſſimus pꝛinceps patrie nuſqꝫ com
paruit. Planctus magnus erat in ci/
uitate tantus vero amoꝛ ciuium circa

eam erat vt multo tempore tōſores ceſ
ſarēt publica ſpectacula tollerent. bal-
nea clauderentur. nō templa nec taber-
nas quiſquis ingrediebatur. Et cum talia
agerentur ſuperuenit taliarchus qui a
rege ātiocho ad necandum miſſus erat
⁊ videns omnia clauſa: dixit cuidā pu
ero Indica mihi ſi viuere vel' ex qua cā
ciuitas iſta in luctu moratur. Ait puer.
O cariſſime neſcis tu illud. Quid in-
terrogas. Ciuitas hec in luctu moratur
quia appollonius princeps patrie hu-
ius ab ātiocho rege regreſſus nuſq̄ cō
paruit. Taliarchus cum hoc audiſſet:
gaudio plenus ad nauem rediīt ⁊ anti
ochiam intrauit. Ingreſſuſq̄ ad regē
ait. Domine mi rex letare quia Appol-
lonius vos timens nuſq̄ comparuit.
Rex ait Fugere quidē pt ſ; effugere nō
pt ſtatī huiōi edictum poſuit. quicūq̄
appollonium tirum contemptorem reg
ni mei mihi exhibuerit accipiet quinq̄
ginta talenta auri. qui vero caput eius
amputauerit. centum talenta accipiet.
hoc facto non tantum inimici ſed amici
cupiditate ſeducti ad perſequenduz ap
pollonium properabant. Querebatur
vero appollonius per mare per terras p
ſiluas per vniuerſas indagines ⁊ non
inueniebatur. Tunc rex iuſſit ſibi claſ-
ſes nauium preparari ad perſequenduz
iuuenem ſed ⁊ moram facientibus qui
claſſes ſibi nauium preparabant: appol
lonius tharſum deuenit ⁊ deambulans
iuxta litus viſus eſt a quodaz ſeruo ſuo
Elinato nomine qui ſuperuenerat in ip
ſa hora ⁊ accedēs ad eum dixit. Aue rex
appolloni Ille ſalutatus fecit vt poten
tes facere conſueuerant. ſpreuit homi-
nem. tunc ſenex indignatus eſt valde
⁊ iterum ſalutauit eum ⁊ ait Aue rex ap
polloni reſaluta ⁊ noli deſpicere pauper
tatem honeſtis moribus decorataz Si
em̄ ſcis q̄ ſcio cauendum eſt tibi. Et il-

le. Si placet vobis dicito mihi. Qui
ait. Proſcriptus es. At ille. Et quis
patrie ſue preſcripſit principem. Elina
tus ait. Rex antiochus. Antioch⁹ qua
ex cauſa Elinatus ait. quia quod pater
eſt tu eſſe voluiſti. Appollonius ait. Et
ꝓ quanto me proſcripſit. Et ille. Qui
cunq̄ te illi viuum exhibuerit quinqua
ginta talenta auri: qui vero caput tuuz
pertulerit centum talenta ille habebit ꝑ
mercede ⁊ ideo moneo te fuge in preſi-
dium. Sed cum hec dixiſſet: Elinatus
receſſit. Tūc appollinius eum rogauit
vt ad ſe veniret ⁊ centum talenta auri
daret ei ⁊ ait. Accipe tantum de pauper
tate mea quia meruiſti ⁊ amputa caput
meum ⁊ regi preſentes ⁊ tunc magnuz
gaudium habebit. Ecce habes centum
talēta auri ⁊ tu es innocens quia ego
te ex mea voluntate pro illo ꝯduxi vt tā
magnum gaudium offeras regi. Cui ſe
nex reſpondit. Domine abſit hoc a me
vt huiuſmodi rei cauſa vnq̄ de vita
mea premiuz accipiam. apud bonos ho
mines amicitia premio non eſt compa
randa. Et regi appollonio magnam lau
dem adijciens receſſit. Poſt hec appol
lonius cum ſpaciatur in eodem loco ſu
pra litus vidit quendam hominem cō
tra ſe venientem dolentem ⁊ meſto vul
tu Stranguilionem nomine. acceſſit
ad eum protin⁹ ⁊ ait appollonius. Aue
Stranguilio. Et ipſe ait. Aue domine
mi rex appolloni ⁊ rurſum ait Dic mihi
quare in his locis turbata mente verſa
ris. Ait appolloni⁹. Quia filiam regis
vxorem dixeram coniugem ⁊ in matri
monium petiui. Petiui itaq̄ ſi fieri po
teſt in patria noſtra nolo latere Stran
guilio ait. Domine appolloni ciuitas
noſtra pauperima eſt ⁊ non poteſt tuā
nobilitatez ſuſtinere ꝑterea durā famē
⁊ ſterilitatē patimur ānone nec etiā iam
ciuib⁹ vlla ſpes eſt ſalutis. ſ; crudeliſſi-

ma mors eſt ante oculos noſtros. Ap
pollonius ait Agite gratias deo qui me
profugem vr̃is finibus applicuit. dabo
ciuitati veſtre centum milia modiorum
frumenti ſi fugam meam tãtum celaue-
ritis. Stranguilio vt hec audiuit, pſtra
uit ſe ante pedes eius ⁊ ait. Domĩe ap
polloni ſi eſurienti ciuitati ſubueneris
non ſolum fugam tuam celabimus ſed
ſi neceſſitas fuerit pro ſalute tua dimi-
cabimus Aſcendenſqꝫ Appollonius tri
bunal in foro preſentibus cunctis ciui-
bus de cuius ciuitate dixit Ciues thar
ſenſes ꝗs ãnone penuria turbat ⁊ oppri
mit: ego tyrus appolloniꝰ releuo credo
enĩ vos huius beneficij memores fu-
gam celaturos. Scitote enĩ nõ me ma
licia Antiochi eſſe fugatum ſed per viã
feliciter hic ſum delatus dabo itaqꝫ vo
bis centum milia modiorum frumenti
eo precio quo ſum in patria mercatus
octo ereis ſingulos modios Ciues hec
audiẽtes ꝙ ſingulos modios octo ere
is mercarent̃ hilares effecti ſunt ac gra
tias agentes ſtatim frumenta parabant
Tunc Appollonius ne depoſita regia
dignitate mercatoris magiſqꝫ donato
ris nomen videretur aſſumere precium
qꝫ aſſumens eiuſdem ciuitatis vtilitati
bus redonauit. Ciues autem vt tanta
viderent eius beneficia bigã in foro ſta
tuerunt in qua ſtans dextra manu fru-
ges ⁊ ſiniſtro pede calcarꝫ ⁊ in baſe ſcrp̃
ſerunt. Ciuitati Tharſie tyrus appollo
nius donum dedit quod ciuitatẽ a ſeua
morte liberauit. Deĩde interpoſitꝭ pau
cis diebus hortante ſtranguilione ⁊ di
oniſiade eius coniuge ad penthapolym
tyrenorum nauigare propoſuit vt illic
lateret eo ꝙ beneficia cum opulentia ⁊
tranquillitate agerentur. Igitur cũ in-
genti honore ducitur ad mare ⁊ valedi
cens omnibus aſcendit ratim ſed tribꝫ
diebus ⁊ noctibus totidem ventis pro

ſperis nauigans ſubito pelagus muta-
tum ẽ poſtqꝫ litus tharſie reliquit Nã
paucis horis ventus concitatus aquilo
ne vẽto auroqꝫ inſtante claſſe celum ni
mia ſe pluuia erupit põpulus tyri pro
cella corripitur ratis pariter diſſoluit̃
zephiri fretum perturbant grãdo ac nu-
bes tenebroſa incumbebant flant venti
fortiter intantum ꝙ mors cunctos oc-
cuparet. tunc vnuſquiſqꝫ rapuit ſibi ta
bulas tantum in illa caligine tempeſta-
tis omnes perierunt. Appollonius ve
ro vnius tabule beneficio in penthapoli
tanorũ litore eſt pulſus Stans autem
in litore intuens mare tranquillum ſic
ait. O pelagi fides: facilius incidam in
manus crudeliſſimi regis quo pergam
qꝫ patriã petam quis notus huic igno
to auxilium dabit. Hec dum loquere-
tur Appollonius Aſpexit iuuenem veni
entem contra ſe quidam robuſtus piſ-
cator ſordido ſago coopertum cogente
neceſſitate proſtrauit ſe ad pedes eius
pfuſiſqꝫ lacrĩis ait Miſerere quicũqꝫ
es nudo naufrago non humilibꝫ parẽ
tibus ſed notabilibus genito ⁊ vt ſci
as cui miſereris ego ſum tyrus appollo
nius patrie mee princeps deprecor te
auxilium vite mee. Piſcator vt vidit
ſpeciem iuuenis miſericordia motus il
lum erigit ⁊ duxit infra tecta domus po
ſuit epulas quas habere potuit ⁊ vt ple
nius ſue pietati ſatiſfacerꝫ exuens ſe tri
bunariũ in duas partes diuidens vnã
dedit iuueni dicens Tolle quod habeo
⁊ vade in ciuitatẽ ibi inuenies forſitan
qui tue miſereatur ſi non ĩueneris huc
ad me reuertere pauptas quecunqꝫ ſuf
ficiat. Piſcator ait illi Tantum admo
neo te vt ſi quando dignitati tue reddi
tus fueris ne deſpicias tribunarij pau
pertatem. Appolloni. Si non memor
fuero iterum naufragium patiar nec tui
ſimilẽ inueniam. ⁊ hec dicens: demon-

ſtrata ſibi via: carpens portas ciuitatis
ingreditur. Dumqʒ cogitaret vnde pe
teret auxilium vite vidit per plateā pu
erum nudum currētem oleo caput vnc
tum habentem. ſabano precinctum vo
ce magna clamantem ⁊ dicentem. Au
dite omnes audite peregrini ⁊ ſerui qui
ablui vult pergat ginnaſium. Audito
hoc Apollonius exuens ſe tribunariū:
ingreditur lauacrum vtitur liquore ⁊
dum ſingulos intuetur querit ſibi pa/
rem nec inuenit ⁊ ſubito altiſtrates rex
totius regionis igreſſus eſt cum turba
famulorum. Cum rex ludum ſpere cum
ſeruis ſuis exerceret admiſit ſe appollo
nius regi ⁊ decurrentem ſuſtulit ſperaʒ
⁊ ſubtili velocitate percuſſam ludenti re
gi remiſit. Tunc rex ſuis famulis ait.
Recedite: hic enī iuuenis vt ſuſpicor
mihi comparandus eſt appolloni⁹ Ap
pollonius vt audiuit ſe laudari conſtan
ter acceſſit ad regem ⁊ accepto cyramo/
to docta manu circulauit eum cum ſub
tilitate. Deinde in ſolio gratiſſimo fo/
uit eum ⁊ exeunte eo ab officō diſceſſit
Dixitqʒ rex ad amicos ſuos poſt diſceſ
ſum adoleſcentis. Juro vobis in verita
te meli⁹ me nunqʒ abluiſſe qʒ hodie be
neficio adoleſcētis neſcio cuius ⁊ reſpi
ciens vnum de famulis ait. Juuenis il
le qui mihi officium fecit vide quis ſit
⁊ ille ſecutus iuuenem vidit eum ſordi
do tribunario indutum. Reuerſuſqʒ ad
regem dixit. Juuenis ille naufragus ē
Rex ait. Unde ſcis. Et ille tacente illo
habitus indicat cauſam. Ait rex. Uade
celerius ⁊ dic ei. rogat te rex vt venias
ad cenam. Appollonius vt audiuit: ac/
quieuit ⁊ cum famulo venit ad regem.
Famulus prius ingreſſus ait ad regē.
Naufragus adeſt ſed propter ſordiduʒ
habitum introire verecundatur. Sta/
timqʒ rex iuſſit eum veſtibus indui dig
nis ⁊ ad cenam ingredi. Jngreſſus ap

pollonius triclinium regis contra regē
aſſignato loco diſcubuit. infertur pran
dium deinde cena regalis. Appolloni⁹
cunctis epulantibus non epulabatur.
ſed aurum ⁊ argentum in miniſterium
regis diu flens intuebatur Tunc vnus
de diſcumbentibus ad regem ait. Niſi
fallor iuuenis iſte fortune regis inuidet
rex ait. Male ſuſpicarꝭ fortune mee nō
inuidet ſed plura ſe perdidiſſe triſtatur.
Et reſpiciens appolloniuʒ hilari vultu
ait rex. Juuenis epulare nobiſcum ⁊
de deo meliora ſpera ⁊ dum hortaretur
iuuenem ſubito introiuit filia regis vir
go iaʒ adulta. deditqʒ oſculū patri ſuo
deinde cunctis diſcumbentibus amicꝭ.
Que dum oſcularetur ſingulos reuer
ſa eſt ad patreʒ ⁊ ait. Bone pater quis
eſt iſte iuuenis qui contra te locum ho/
noratum tenet: qui multum dolet. Ait
rex. O dulcis filia iuuenis iſte naufra/
gus eſt ⁊ ginnaſia mihi gratiſſime fecit
propter quod ad cenam vocaui illum.
quis ſit neſcio ſed ſi vis ſcire interroga
eum te decʒ omnia noſſe. ⁊ forſitan dū
cognoueris miſereberis ei. Hec audi/
ens puella ad iuuenem acceſſit: ⁊ ait.
Cariſſime generoſitas nobilitateʒ oſtē
dit ſi tibi moleſtū ineſt indica mihi no
men tuum ⁊ caſus tuos. Et ille. Si no
men queris in mare perdidi ſi nobilita
tem tyro reliqui. Ait puella. Apertius
dic vt intelligam. tunc appollonius no
men ſuum ⁊ omnes caſus expoſuit Fi/
nitis ſermonibus fundere lacrimas ce/
pit quem vt vidit rex flentem ait filie.
Nata dulcis peccaſti dum nomen ⁊ ca
ſus adoleſcentis petiuiſti. veteres eius
dolores renouaſti. dulcis ergo filia: ex
quo iam ſcis veritatem iuſtum eſt vt li/
bertatem tuam quaſi regina ei oſtendas
Puella vt audiuit voluntatem patris
reſpiciens iuuenem ait. Noſter es ap/
polloni depone merorem ⁊ a patre meo

locupleteris Appollonius cum gemitu
⁊ verecundia gratias egit. Tunc rex ait
filie ſue. Defer liram vt cum cantu ex/
hilares conuiuium. puella iuſſit ſibi af
ferri liram. ⁊ cepit cum omni dulcedi/
ne liram percutere omnes eam ceperūt
laudare ⁊ dicere. Non poteſt meliꝰ nec
dulcius audiri inter quos ſolus appol/
lonius tacuit. Ait ei rex Appolloni fedā
rem facis. oēs filiam meam in arte mu/
ſica laudant quare tu ſolus vituperas.
Ait ille. Bone rex ſi permittas dico ꝙ
ſentio filia tua in artem muſicam inceſ/
ſit ⁊ nondum didicit. Igiť iubeas mi/
hi tradi liram ⁊ ſtatim ſcias quod neſci
uiſti. Rex ait. Appolloni: video te eru/
ditum in omnibus. iuſſit ſibi tradi lirā
⁊ egreſſo foras corona capitis eum de
corauit ac ipienſqꝫ liram intrauit tricli
nium pulſabat ante regem tanta dulce
dine vt omnes non appollonium ſꝫ ap
pollinem crederent. Diſcumbentes cū
rege dixerunt ꝙ nunqꝫ meliꝰ audiſſent
nec vidiſſent. Filia regis hec audiens
reſpiciens iuuenem capta eſt in amorē
eius ⁊ ait ad patrem ſuum. O pater ꝑ
mittas me dare iuueni quod mihi pla/
cet. Ait rex. Permitto. Illa reſpiciēs
appolloninum ait. Magiſter appolloni
accipe ex indulgētia patris mei auri du
centa talenta argenti libras quadringē
tas. veſtemqꝫ copioſam ſeruos viginti
ancillas decem quibus ait. Afferte qꝺ
promiſi ⁊ preſentibus amicis expoſito
triclinio iuſſu regine allata ſunt omnia.
Quo facto leuauerunt ſe omnes ⁊ licē
ciati diſceſſerūt. Appollonius ait. Bo
ne rex miſerorum miſericors ⁊ tu regi/
na amatrix ſtudiorum ⁊ dilectrix philo
ſophie valete ⁊ reſpiciens famulos ꝗs
ſibi regina donauerat: ait. Attollite fa/
muli hec que mihi data ſunt ⁊ eamus ⁊
hoſpitium queramus. Puella timens
ne amatorem perderet triſtis eſt facta.
reſpiciēs ad patrem ait. Bone rex ⁊ pa
ter optime placeat tibi vt appollonius
hodie ditatus abſcedat ⁊ quod illi do/
nauimus a malꝭ ne rapiatur. tunc rex fe
ſtinus iuſſit ſibi aſſignari aulam vbi ho
neſte quieſceret Puella vero amore ac
cenſa inquietam habuit noctem. Ma/
ne vero cubiculum patris adijt. Quaꝫ
vt vidit paťr dixit. Quid eſt hoc ꝙ pre/
ter conſuetudinem ita mane euigilaſti.
Puella ait. requiem habere nō potero
⁊ ideo cariſſime pater peto vt me tradas
iuueni ad doctrinandam ꝙ potero artē
muſicam ⁊ alia addiſcere Rex hec audi
ens gauiſus eſt. iuſſit ad ſe iuuenem vo
cari cui ait. Appolloni: filia mea multū
cupit artem tuam addiſcere ideo rogo
te vt ei oſtēdas omnia que noſti. ⁊ ego
mercedem condignam retribuam Et il
le. Domine paratus ſum voluntati ve
ſtre ſatiſfacere. Docuit puellam ſicut
ipſe didicit. poſt hec puella pre nimio
amore iuuenis infirmatur. rex vt vidit
filiam ſuam īcurriſſe egritudinem ſubi
to medicos vocauit. Illi vero venas ⁊
ſingulas partes corporis tangebant ⁊
nullam egritudinem īuenerūt poſt pau
cos dies tres iuuenes nobiliſſimi qui
per longum tempus filiam in matrimo
nium petierant regem vna voce pariter
ſalutauerunt: quos intuens rex ait. qua
de cauſa veniſtis. At illi. quia ſepius
nobis promiſiſtis vni ex nobis dare fi
liam veſtram in matrimonium propter
quod hodie ſimul venimus. Ciues tui
ſumus diuites ⁊ ex nobilibus parenti/
bus geniti ⁊ ideo de tribus tibi elige quē
vis habere generum. Rex ait. Non ap
to tempore me interpellaſtis. filia mea
ſtudijs vacat ⁊ ob amorem ſtudiorum
imbecillis iacet. Sed ne videat vobis
nimis differre ſcribite in codicillis veſ
tris nomina veſtra ⁊ dotis quantitatem
que tranſmittam filie vt ipſa eligat quē

voluerit Illi hoc fecerunt. Rex accepit ſcripturam ⁊ legit ſignauitqꝫ dedit Appollonio dicens. Tolle magiſter has ſcripturas ⁊ trade diſcipule tue. Appollonius recepit ſcripturas ⁊ puelle portauit Puella vt vidit quem diligebat ait magiſter Quid eſt ꝙ ſolus introiſti in cubiculum. Appollonius ait Sume codicillos quos tibi miſit pater tuus ⁊ lege puella codices aperuit ⁊ legit tria nomina petitorum proiectiſqꝫ codicillis reſpiciens appollonium dixit. Magiſter appolloni vtrum non doles ꝙ alteri debeo in matrimonium tradi. Et ille. Non quia omne quod eſt tibi honori erit ⁊ commodum meum. Ait puella. Magiſter ſi me amares doleres reſcripſit ⁊ ſignauit codicillos tradiditqꝫ appollonio. vt eos regi deferret ⁊ ſcripſit hec Rex ⁊ pater optime quoniam clementia permiſit mihi vt reſcribam: reſcribo Illum naufragum volo in maritum habere. Rex cum legiſſet voluntatem puelle ignorans quem naufragum diceret reſpiciens ad iuuenes ait Quis veſtrũ naufragiuꝫ paſſus eſt. Unus ex illis nomine Ardonius dixit Ego paſſus ſum naufragium. Alius ait. Morbus te cõſumat nec ſaluus nec ſanus ſis cuꝫ ego ſciam te coetaneum meum. portam ciuitatis nunqꝫ exiſti vbi naufragium feciſti. Rex cum non inueniſſet quis eorum naufragium feciſſet reſpexit Appollonium dicens. Tolle codicillos ⁊ lege pt eñi fieri ꝙ ego nõ nouerim tu intelligis qui preſens fuiſti. Appolloni9 acceptis codill' velocit' pcurrit ⁊ vt ſenſit ſe amari erubuit. Cui rex ait. Appollonius inueniſti naufragum At ille pre rubore pauca dixit Nam in hoc poteſt notari ſapientia ipſius appollonij quoniã iuxta verbum ſapientis in multiloquio deeſt ſapientia. Unde prima petri ſecũdo. Criſtus vobis reliquit exẽplũ vt ſequamini veſtigia eius qui nunqꝫ peccauit nec in ore eius inuentus eſt dol9. cum ſcd̃m pſalmiſtã ſicut ipſe dixit ita ⁊ facta ſunt quare verus iſrahelita eſt appellandus in quo non eſt dolus vt dicitur Johannis primo ideo imitemur ipſum non maledicẽdo nec reddendo maledictum pro maledicto ſed cohibeam9 linguam noſtram vt ſemper benedicat ⁊ ſic erit iſtrumẽtuꝫ ſcribe velocit' ſcribẽtis .i. ſpũſſancti dona ſua repente infundentis iuxta illud factus eſt repente de celo ſonus ⁊c. Unde tercia petri primo. qui vult videre dies bonos coerceat linguã ſuam a malo ⁊ labia eius ne loquantur dolum hoc eſt non debet in ſeipſo murmurare nec exterius malum proferre ⁊ ſic poterit vitam quietam poſſidere hic in pace tẽporali in futuro autem in pace eternali Nam prima pax cõmuniter ſeruatur per hoc ꝙ hoc non prorumpat linguam ſuam in verba contumelioſa proximorum ſuorum offenſiua ⁊ eſt principium pacis eterne. Unde pſalmiſta. In pace in idipſum dormiam ⁊ requieſcam. Nam ſicut hominis boni ⁊ pacifice loquentis lingua dirigitur per virtutem dei ſic lingua maledicentis per ſpũs malignos tali famulãtes Juxta illd̃ in orto noſtro ſedet alba ſpina ſuper quam quieſcunt aues. p ortum eñi iſtum debemus intelligere os noſtrum duplici ſepe circumceptum ſcilicet dentibus ⁊ labijs nõ ꝓpt' aliud niſi vt ponemus ori cuſtodiam ne nihil niſi quod in laudem dei vadat loquatur Spina autem in orto contenta eſt ipſa lingua ſic dicta ſimilitudinarie quoniã ſicut ſpina materialis pũgit ſicut patet Mathei viceſimo ſeptimo. plectẽtes coronã de ſpinis impoſuerunt capiti eius vt ſanguis eius propter nimiam compunctionem ipſarum ſpinarum per ſuum benedictũ corpus effluxit. Sic etiam ipſa ſpina que

dicitur lingua ꝯpungit hominem nunc
auferendo bonam famam ſuam nunc de
ipſo mentiẽdo nunc malum quod alijs
incognitum eſt manifeſtãdo de quo ſin/
gulariter cauendum eſt Aues autem ſu
per ipſam ſpinam quieſcentes ſunt ipſi
diaboli qui hominez ad tale vicium ſin
gulariter inclinant vt eorum efficiatur
miniſter. ideo de tali dicent in extremo
iudicio dimitte nobis hunc hominem
iuſte iudex qui tuus eſſe noluit per vir/
tutem noſter effectus eſt per malitiam.
Cohibeat igitur vnuſquiſqꝫ linguã ſuã
quod catho appellat primam virtutem
ſed ad hiſtoriam rediundo rex cum ĩtel
lexit ꝙ filia eum voluit: alijs ait. Dum
tempus fuerit veniam ad vos. Illi va/
ledicentes receſſerunt Solus introiuit
ad filiam ſuam ⁊ ait. Quem tibi eligi/
ſti coniugem. Illa proſtrauit ſe cum la
crimis ⁊ ait Pater cariſſime naufragũ
appollonium peto. Rex cum lacrimas
filie ſue vidiſſꝫ leuauit eam a terra ⁊ ſic
alloquitur dicens. Nata dulcis noli de
aliqua re cogitare quia talem concupi
ſti quẽ ⁊ ego. vt enĩ vidi quia ⁊ amando
fcũs ſum pater: diem tibi nuptiarum ſi
ne mora cõſtituam. Poſtera ergo die
vocantur amici vicinarum vrbiũ ad re
gez. quibꝰ ait. Cariſſimi filia mea vult
nubere appollonio magiſtro ſuo. peto
ergo vt vobis omnibꝰ ſit leticia. quia fi
lia mea prudenti viro ſociatur. hec igi/
tur dicens conſtituit diem nuptiarum
que cito cõcepit ⁊ dum puerum in vte
ro haberet. accidit ꝙ cum ambularꝫ cũ
rege appollonio viro ſuo iuxta litus ma
ris vidit nauem ſpecioſam cognouit eã
appollonius ꝙ eſſet de patria ſua con/
uerſus ad naucleru m ait. Vnde venis.
At ille. A tyro. Appollonius ait patriã
meam nominaſti. Alter reſpondit. Er/
go tyrus es tu. Et ille. Vt dicis. Nau/
clerus ait. Noſti aliquem patrie illiꝰ prĩ
cipem nomine appollonius Nauclerus
dixit Peto vbicunqꝫ illum videris di
cas ei vt gaudeat ⁊ exultet quia rex An
tiochus fulmine percuſſus eſt cum filia
ſua. Opes autem regni antiochie reſer
uantur appollonio Appollonius vt hoc
audiuit plenus gaudio ad coniugez ſu
am ait. peto itaqꝫ vt me abire ꝑmittas
ad percipiendum regnum Illa vt audi
uit profuſis lacrimis ait. O domine ſi
in longinquo itinere eſſes conſtitutus
ad partum meum feſtinare debueras:
⁊ modo recedere velis cum iuxta me ſis
ſed ſi hoc velis parit̃ nauigemus. Et ve
niens ad patrem ait. O pater letare ⁊
gaude quia ſeuiſſimꝰ rex antiochus cuꝫ
filia ſua dei iudicõ in fulmine percuſſus
eſt opes autez ⁊ dyademata nobis ſunt
reſeruata. permitte me nauigare cuꝫ vi
ro meo. Rex autem exhilaratus naues
iubꝫ produci in litus ⁊ omnibus bonis
impleri propterea nutricem eius nomi
ne ligozidem ⁊ obſtetricez propter par
tum eius ſimul nauigare precepit. ⁊ da
ta proficiſcendi copia deduxit ad litus
oſculaturqꝫ filiam ⁊ generum nauigan/
do. Sed cum per aliquot dies in mari
fuiſſent ſurrexit tempeſtas magna puel
la intantum infirmatur procreans filiã
ꝙ facta eſt quaſi mortua. Quod cum
videret familia exclamabat voce mag/
na ⁊ vlulatu. hec audiens appollonius
cucurrit ⁊ vidit coniugẽ ſuã quaſi mor
tuam iacentem vt ei videbatur ſcidit a
pectore ſuo veſtes profuſis fletibus iac
tauit ſe ſuper corpus eius: ⁊ ait. Cara
coniunx altiſtratis filia quid reſponde/
bo patri tuo pro te. Et cum hoc dixiſſet
dixit ei gubernator. corpus mortuum
nauis ſufferre non valet iube ergo cor/
pus in pelagum mitti vt poſſimus eua
dere. Appollonius ait ad eum. Quid

dicis peſſime placet tibi vt hoc corpus
in pelagus mittam quod me naufraguꝫ
⁊ egenū ſuſcepit Uocauit ſeruos ſuos
⁊ ait Faciatis loculum ⁊ foramina ⁊ cū
bitumine linire ⁊ ſit carta plūbea intus
poſita ⁊ obturetur. perfecto loculo rega
libus ornamentis exornant puellam in
loculo ponunt ⁊ copiam auri ad caput
eius ⁊ dedit oſculum funeri fundens ſu
per eam lacrimas. tunc iuſſit infantem
tolli ⁊ diligēter nutriri vt pro filia nep
tem regi oſtenderet ⁊ iuſſit loculū mitti
in mare cum maximo fletu. Tercia die
vnda maris eiecit loculū ad litus ephe
ſorum a longe a domo cuiuſdaꝫ medici
cerimonis nomine qui cum diſcipulis
ſuis eadem die in litore ambulauit.
Tunc vidit loculum effuſis fluctibus
iacentem. ait ſeruis ſuis. Tollite hunc
loculum cum omni diligentia ⁊ ad vil-
lam perferte. Quod cum feciſſent: me
dicus apuit. vidit puellā regalibꝫ orna
mētis decorataꝫ ⁊ ſpecioſaꝫ valde. Cuiꝰ
pulchritudinē oēs videntes de ea mul
tum ammirabantur quoniam verus e-
rat pulchritudinis radius in qua natu
ra nihil vicioſum conſtituit niſi ꝙ eam
immortalem non formauerat. Crines
nāq; eius erant niuei candoris ſub qui
bus reſidebat frontis lactee planicies
cuiꝰ nulla erat deteſtabilꝰ rugoſitas ocu
li enim eius erant quaſi duorum ſiderū
deſcribentes orbes volubilitate nō ꝓdigꝫ
aſpectibꝫ erant modeſtis frenati ſtabilē
aī ꝯſtātiā ꝓmittētes palpebraꝝ etiā pi
li nō īhoneſte natura in ea collocauerat
Naſus etiā eius rectitudinis ſue lineaꝫ
plenitudinis etiaꝫ decore poſſidebat in
geminas diuidens maxillas ꝑtes Nec
ꝯgebat in ſupmū nimia lōgitudie nec
nimia breuitate correpta ſꝫ decēti hone
ſtatis quātitate īcidebat Cuiꝰ collū ra-
diis ſolaribꝫ cādidiꝰ ſpecioſ ornatū cli

nodijs hominum aſpectibus mirabileꝫ
intulerat animi iocunditatem Corpus
etiam non diminutum vel quantitatis
mole ſuperabundandās nequaq; quis
in ea cenſere propoſuit: ex cuius pectore
brachia pulchritudinis tanq; ex arbo-
ris trunco rami procedebant quorum
digiti quantitatis debitam ſibi aſſump
ſerant menſuram vnguium fulgore nō
pretermiſſo. Cuius ſummarie ſpecioſi
tas nihil deformitatis ſibi admiſceri cō
patiebatur: in quo poteſt notari etiam
ſinglaris aīe ſue ꝑfectō ꝑ potētiā diuinā
creādo ſibi infuſe cū actus ⁊ potētia de
bent adinuicē ꝓporcionari ⁊ actus acti-
uorū nō ſunt niſi in patiente ꝑdiſpoſito
quare oīs pulcritudo corpis exterioris
ab interiori aīe pulchritudine procedit
quare dr̄ ꝙ variaꝯtus forme molē ſibi
adaptat materie Optima nāq; aptatō
eſt inter corpꝰ ⁊ animā ipſiꝰ puelle quā
vt vidit q̄ſi mortuā iacentē obſtupuit
⁊ ait. O bona puella quare eſtis ſic de-
relicta. vidit ſubtus caput eius pecuni
am poſitam ⁊ ſub pecunia cartam ſcrip-
tam ⁊ ait. Perquiramus quid contine
tur in carta. Quam cum aperuiſſet īue
nit titulum ſcriptum. quicunq; hunc lo
culum inuenit peto vt decem aureos ha
beat ⁊ decem funeri impēdat hoc enim
corpus multas lacrimas reliquit parē-
tibus ⁊ dolores amaros q̄ ſi aliud fece
rit q̄ꝫ ꝙ dolor expoſcit: vltimum diem
incidat nec ſit qui eius corpus ſepultu-
re cōmendat. Perlectis autem cartu-
lis: ad ſeruos ſuos ait. Preſtemus cor
pori quod dolor expoſcit. Iuro vobis
per ſpem vite mee in hoc funere ampli-
us me erogaturuꝫ q̄ꝫ dolor imperat Cō
tinuo iubet parari rogum ſed cū edifica
tur atq; deponitur. ſuperuenit diſcipulꝰ
medici adoleſcēs ⁊ quantū ad ingeniū
ꝑtinet ſenex erat. Hic cū corpꝰ ſpecioſū

ſup rogū poſitū viderꝫ īmēs eū mgr̄ ait
Bene veniſti· hec enim hora exſpecta/
uit te. tolle ampullam vnguenti. ⁊ qd̄
ſupremum eſt de funere ſuperfunde ſe/
pulture. venit iuuenis ad corpus. extra
xit de pectore veſtes. fudit vnguentum
tractum manu: totum corpus ad pre/
cordia viuere ſenſit. obſtupuit iuuenis
palpat venas ⁊ indicia rimatur narium
labia labijs probat. ſenſit vitam cum
morte luctantem. ⁊ ait ad ſeruos Sup
pōnite faculas per quattuor angulos lē
te ⁊ temperate: quo facto. ſanguis ille
qui coagulatus erat eſt liquefactus.
Quod vt vidit iuuenis ait magiſtro.
Puella vero quam tu mortuam dicis:
viuit. ⁊ vt facilius mihi poſſis credere
experimento ſatiſfaciam. His dictis tu
lit puellam ⁊ in cubiculum ſuum poſu/
it ſuper pectus eius calefaciens oleum.
madefecit lanam ⁊ poſuit ſuper corpus
ſuum ſic ꝙ ſanguis eius qui intus erat
coagulatus eſſet: tepore liquefactus eſt
cepitqꝫ ſpiritus per medullas deſcen/
dere. Venis itaqꝫ patefactis aperiens
oculos ⁊ recipiens ſpiritum ait. Qua
lis ergo tu es: non tangas aliter q̄ꝫ op
tet tangere. quia filia regis ſum ⁊ reg̅
vxor. Iuuenis hec audiens: gaudio
plenus introiuit ad magiſtrum in cubi
culum ſuum ⁊ ait. Ecce magiſter puel/
la viuit: Qui ait. Probo peritiam. ar/
tem laudo. prudentiam miror. Diligē
tiam audi diſcipline. Noli artis me eſſe
ingratus: accipe mercedem. Hec enim
puella multam pecuniam ſecum attulit
⁊ iuſſit eam ſalubribus veſtibus cibis
⁊ etiam fomentis optimis recreari.
Poſt paucos vero dies vt cognouit
eam ex regio genere ortam eſſe adhibi/
tis amicis: filiam ſibi adoptauit ⁊ roga
bat ab ea cum lacrimis ne ab aliquo tā/
geretur inter ſacerdotes Diane templo
eam cum feminis miſit vt inuiolabilit̄
ſeruaretur. Inter hec vero dum Apollo
nius nauigat cum ingēti luctu gubernā
te deo applicuit tharſo ⁊ deſcendens a
rati petijt domum Stranguilionis ⁊ di
oniſiadis: quoſ cum apollonius ſalutaſ
ſet omnes caſus ſuos expoſuit dicens.
Cum dolore vero magno mortua eſt cō
iunx mea tamen filia eſt ſeruata. de qua
gaudeo. ideo ſicut in vobis confido a/
miſſum regnum quod mihi ſeruatur ac
cipere volo. Neqꝫ ad ſocerum reuertar
cuius in mari perdidi filiam. ſed agaꝫ
potius opera mercatoris. vobis commē
do filiam meaꝫ vt cum filia veſtra Phi
lomacia nomine nutriatur. Et vt filia
mea vocetur Tharſia. Preterea vx
oris mee nutricem Ligozidem nomīe
curam tue puelle cuſtodire volo. Hec
dicens tradidit Stranguilioni infan/
tem deditqꝫ aurum ⁊ argentum ⁊ veſtes
copioſas ⁊ iurauit. neqꝫ barbam neqꝫ
capillos nec vngulas tonſurum. niſi fi/
liam ſuam prius dediſſet in matrimo/
nium. At illi ſtupentes ꝙ tam grauiter
iurauerat cum magna diligentia educa
turos ſe puellam repromittūt. Apol
lonius autem nauim aſcendit. ⁊ ad lon
ginquas regiones ipſe nauigabat.
Interea vero puella Tharſia expleto
quinquennio ſtudijs liberalibus tradi
tur vna cum philomacia filia eoruꝫ coe
tanea ſua. Cumqꝫ ad quattuordecim an
nos veniſſet reuerſa de auditorio inue/
nit nutricem ſuam Ligozidem ſubita/
neam inualitudinem incurriſſe ⁊ ſedens
iuxta eam cauſas in [illegible]rmitatis explorat
Cui nutrix. Audi bona filia verba mea ⁊
in corde tuo reſerua Quem putas tuū
patrem aut matrem vel patriam. Pu/
ella ait Patriam tharſum. patrem ſtrā
guilionem. matrem Dyoniſiadem.
Nutrix ingemuit ⁊ ait. Audi filia origi

nem natalium tuorum vt ſcias quomō
poſt mortē meā agere debeas. Eſt tibi pa
ter nomine Apollonius. ⁊ mater Luci
na altiſtratis regis filia. Que cum te
pareret: ſtatim precluſa ſpiritu mortua
eſt: quaꝫ pater tuus apollonius effecto
loculo cum ornamentis regalibus ī ma
re miſit. Et viginti ſiſtercias auri poſu/
it ſub caput. ⁊ vbicumqꝫ eſſet deuolu/
ta: ille in auxilium eius fuiſſent. Nauis
quoqꝫ luctātibus ventis cum patre tuo
lugente ⁊ te in cunabulis poſita perue/
nit ad hāc ciuitateꝫ. Hiis ḡ hoſpitibus
Strangulioni ⁊ dyoniſiade vna me/
cum te commendauit. Tyrus apolloni
us votumqꝫ fecit nec barbam nec capil
los nec vngues tonſurus. niſi prius te
nuptui traderet. Nunc moneo ſi poſt
mortem meam hoſpites quos parētes
appellas iniuriam aliquam tibi forte fe
cerint: aſcende in forum ⁊ ibi inuenies
ſtatuam patris tui ſtantem apprehende
illam ⁊ clama filia eius ſum cuius ē hec
ſtatua. Ciues vero memores beneficio
rum patris tui iniuriam tuam vindica/
bunt. Cui tharſia Cara nutrix deum te
ſtor ſi iſta mihi non dixiſſes vnde eēm
penitus neſcirem. ⁊ cum adinuicem lo
querentur nutrix emiſit ſpiritum Thar
ſia vero corpus nutricis ſue ſepeliuit. ⁊
per totum annum morteꝫ eius lugebat
Poſtea induit priorem dignitatem pe
tijt ſcholas ad ſtudia liberalia ⁊ dum d̄
ſcolis reuerteretur non prius cibuꝫ ſūp
ſiſſet antequam nutricis monumentuꝫ
introiſſet ferens ampullam vini ingre
diebatur ⁊ ibi manens: parentes ſuos
vocabat Et dum hec agerentur qua
dam die dyoniſiades cum filia ſua phi
lomacia tranſibat per forum Uidentes
omnes ciues ſpeciem tharſie ⁊ ornamē
tum dixerunt. Felix pater cuius filia ē
tharſia. Illa vero que adheret ei tur

pis eſt ⁊ dedecus. Dyoniſiades vt au/
diuit tharſiam laudari ⁊ filiam ſuam vi
tuperari: conuerſa in inſaniam furoꝝ ſo
la ſedens ſecum cogitauit. Pater ex q̄
hinc profectus eſt: habꝫ annos quatu
ordeci. non veniet ad recipiendum filiā
ſuam nec literas pro ea miſit: puto ꝙ ē
mortuus. Nutrix eius mortua eſt nemi
nem habeo emulum. occidam eam ⁊ or
namentis eius filiam meam ornabo. Et
cum hec cogitaſſet. venit quidam d̄ vil
la theophilus nomīe quem vocans ait
Si cupis premium accipere tharſiam ī
terfice. Ait villicus. Quid peccauit in
nocens virgo. Et illa. Peſſima eſt ⁊
ideo mihi negare nō debes fac quod iu
beo. ⁊ ſi non feceris male tibi eueniet.
Et ille. Dic mihi Domina qualiter h̄
poteſt fieri. Que ait. Conſuetudo eius
eſt mox vt venerit de ſcolis non pri⁹ ſu/
mere cibū q̄ꝫ nutricis ſue introierit mo
numentum vbi te cum pugione paratū
inueniat apprehende crines eius a verti
ce ⁊ eam interfice ⁊ corpus eius mitte ī
mare ⁊ libertatem tuam a me cum mag
no premio accipies. Uillicus tulit pu
gionem gemens ⁊ flens ibat ad monu
mentum ⁊ dixit. Heu non merui liber
tatem niſi per ſanguinis effuſionem in
nocentis virginis. Puella autem redi
ens de ſcolis monumentum cum āpul
la vini intrauit ſicut ſolebat facere. Uil
licus impetum fecit ⁊ apprehendens cri
nes puelle iactauit eam in terram. Dū
autem volebat eam percutere. ait ad eū
Tharſia. O theophile quid peccaui ꝯ
tra te. vel contra aliqueꝫ vt moriar. Ait
villicus. Tu nihil peccaſti ſed pr̄ tuus
qui te cū magna pecunia ⁊ ornamētꝭ re
galibus reliquit. Cui puella Peto do
mine vt ſi nulla ſpes mihi eſt permittas
me deum teſtari. Cui villicus. Teſtare
Et deus ipſe ſcit ꝙ coactus te interficiō

Illa vero cum eſſet poſita in oratione: venerunt pirate videntes puellam ſub iugo mortis ſtare ⁊ hominem armatum volentem percutere eam clamauerunt. Parce crudeliſſime barbare illa eſt noſtra preda non tua victoria Atille vt talia audiuit fugiens poſt monumentum latuit in litore. Pirate vero rapuerunt virginem mare petunt. Uillicus rediјt ad dominam ⁊ ait. Quod iuſſiſti factū eſt. tu vero vt conſulo induas te lugibilem veſtem ⁊ ego tecum ⁊ effundamus lacrimas falſas in conſpectu ciuium. ⁊ dicemus eam ex graui infirmitate defūctam. Stranguilio vt audiuit: tremor ⁊ ſtupor eum inuaſit ⁊ dixit. Da ergo ⁊ mihi veſtem lugibilem vt lugeam q2 tali ſcelere ſum inuolutus. heu quid faciam. Pater puelle iſtam ciuitatem a periculo mortis liberauit. propter iſtaꝫ ciuitatem naufragium pertulit. bona perdidit. ⁊ penuriam perpeſſus. ⁊ reſtitutum eſt ei malum pro bono. Filiam ſuā quam miſit nutriendam crudelis leena deuorauit. heu cecatus ſum lugeam innocentem. Uinctus ſum ad peſſimum venenoſumqꝫ ſerpentem eleuans oculos ad celum ait. Deus tu ſcis q2 mundus ſum a ſanguine tharſie ⁊ requiras a dyoniſiada. Reſpexit vxorem ſuam ⁊ ait. Quomodo ſuffocaſti filiam regis ĩimica dei hominūqꝫ obprobrium. Illa vero induit ſe ⁊ filiaꝫ ſuam lugubres veſtes falſaſqꝫ lacrimas fuderunt coraꝫ ciuibus di. Ciues cariſſimi ideo ad vos clamamus quia ſpes oculorum noſtrorum tharſia quam vidiſtis ſubito dolore defuncta eſt ⁊ nobis cruciatus ⁊ amaros fletus reliquit quam digne ſepeliri fecimus. Tunc pergunt ciues vbi figuratum erat ex ꝓmeritis patris fabricatū ex ere corpus vbi ciues tharſie virgini pro beneficijs patris eius ſepulchrum ex ere colatum fecerunt. Igitur qui puellam rapuerant venerunt ad ciuitatem Machilentam. Deponitur ergo illa inter cetera mancipia venalis. Audiens eam leno infauſtiſſimus ac impurus ꝯtendere cepit vt eam emeret. ſed Athanagora princeps eiuſdem ciuitatis videns eam nobilem pulchram ſapientē obtulit decem ſiſtercias auri. Leno ait Ego dabo. xx. Athanagora ait Ego dabo triginta. Leno. Ego quadraginta. Athanagora. Ego quinquaginta. Lēo octuaginta. Athanagora. cx. Leno centum ſiſtercias in preſenti dabo ⁊ ait Si quis amplius decem ſiſtercias auri dabo ſupra. Athanagora ait Ego ſi cum lenone contendere voluero vt vnā emā plures venditurus ſum permittam eum emere ⁊ cum proſtituerit eam lupanar intrabo prius ad illam ⁊ eripiam nodū virginitatis eius ⁊ erit mihi ſicut emerim eam. Quid plura. Perrexit cum lenone in ſalutatorium vbi habuit priapum aureum ⁊ gemmis adornatum ⁊ ait. Puella adora iſtum. Ait illa. Nunqꝫ tale adorem. Et ait. Domine: numquid lapſatenus es tu. Leno ait. Quare. Et illa. Quia lapſateni colunt priapum. Leno ait. Neſcis tu miſera quia ĩ domum lenonis auari incurriſti. Puella proſternens ſe ad pedes ait O domine miſerere virginitati mee ne proſtituas hoc corpus pro tali turpi titulo. Cui leno. Neſcis q2 apud lenonem ⁊ tortorem nec preces nec lacrime valent. Tamen vocauit villicum puellarum. ⁊ ait Hec puella ornetur veſtibus puellaribus precioſis ⁊ ſcribatur ei titul9 Quicumqꝫ tharſiam violauerit mediam libram dabit poſtea ad ſingulos ſolidos parebit populo. Uillicus fecerat quod iuſſum fuerat. Cum lenone antecedente turba tercia die cū ſymphoīa ducitur ad lupanar. ſed athanagora princeps prim9 ĩgredit̃ velato capite tharſia vi/

dens ante eum pꝛoiecit ſe ad pedes :
⁊ ait. Miſerere mei domīe pꝛopter de
um ⁊ per deum te adiuro ne me violes
reſiſte libidini tue ⁊ audi caſus infelici-
tatis mee ⁊ oꝛiginem vnde ſim diligen
ter conſidera. cui cum vniuerſos caſus
ſuos expoſuiſſʒ pꝛinceps confuſus ⁊ pi
etate plenus ait ei. Habeo ⁊ ego filiā ti
bi ſimilem de qua ſimiles caſus metuo
hec dicēs dedit ei. xx. aureos di. Ecce
habes amplius pꝛo virginitate ꝙ im-
poſitum eſt. dic aduenientibus ſicut mi
hi dixiſtis ⁊ liberaberis Puella pꝛofu
ſis lacrimis ait. Ego pietati tue gratias
ago ⁊ ne alicui narres que a me audiſti
athanagoꝛa ait niſi narrauero filie mee
cū ad talem etatē peruenerit ſimilē caſū
ne patiatur. ⁊ cum lacrimis diſceſſit.
Cui exeunti obuiauit alius ⁊ ait. qūo ti
bi conuenit puella. Ait pꝛinceps. Non
poteſt melius. Erat eñ triſtis Intrauit
iuuenis. puella moꝛe ſolito oſtium clau
dit. Cui iuuenis. Quantum dedit tibi
pꝛinceps. Ait puella. xl. aureos. Et ille
Accipe integrā libꝛam auri. Pꝛinceps
audiens ait. Quāto plus dabis tanto
plus ploꝛabit. Puella nūmos accepit
pꝛoijciens ſe ad pedes ⁊ caſuſ indicauit
Apoꝛiatus iuuenis ait. Surge dña ho
mines ſumus caſibus omnes ſubiace-
mus. His dictꝭ exijt Vidit itaqʒ atha
nagoꝛā ridentem: ait illi. Magnus hō
es non habes cui lacrimas ꝓpines niſi
mihi. Et iurabant ne hec verba cuiqʒ ꝓ
derent ⁊ ceperunt aduentū alioꝝ expec-
tare. Venerunt multi dātes pecuniam
ſed flentes exibant. Poſtea obtulit leō
ni pecuniam dicēs. Ecce preciū virgini
tatis. Ait leno. Vide quotidie vt tātas
pecunias mihi offeras. Altera die ad-
huc eam virginem audiēs iratus vocāſ
dens predicando docuit ſubditis: ne de
cetero ſua demonibus commendent eo
q̄ aduerſarius noſter. dyabolus tanq̄
leo rugiens circuit querens quem deuo
ret. ⁊ quoſdam vt datos mactet. ⁊ ſine
ſpe reddendi incarceratos ſibi retineat.
quoſdam vt commendationes ad tem
pus maceret ⁊ affligat. Nec diu poſt il
lequo demones pro vehiculo vteban
tur: conſimli patris imprecatōe in me/
dium exijt. et quia cum raptus erat ma
ioris perfectioriſq̄ diſcretionis extite
rat: fidelius ac intelligibilius que apud
demones gerebantur expoſuit. Aſſere
bat iuxta predictum locum in ſubterra
nea ſpecu palatium eſſe latum: in cuius
aditu ianua eſt. ⁊ ibidem quedā obſcu
ritas: ad quam cum mutuo applauſu
poſtq̄ demones orbis partes percurre
rint conueniunt. ⁊ quid egerint maiori
bus ſuis nunciant Uerum hanc palacij
conſiſtentiam nullus preter ipſos ⁊ eos
qui perpetuo damnationis iugo in de
monum tranſierunt proprietatem.

Ex predictis cariſſimi informari poſ ſumus. vt cum aliquibus in factis noſtris contrarietatibus aduenie̅tibus impedimur: non ſtatim dyabolum aut q̄dlibet auxilium inuocemus neq̄ familia̅ noſtram q̄uis in aliquo delinquentem dyabolo commendemus: quia qui ſibi commendatur in corpore magis ſtudet atq̄ contrariatur de operibus bonis: q̄ homo poſſet tunc operari in mente: ſperans aliquid proprietatis in mente poſſidere: qui cautius inſidiatur vt rapiat pauperem animam per peccatum infectam: vt attrahat eam in penam et damnationem perpetuam in lacum miſerie ⁊ lutum fecis. Quoniam ibi eſt nix p̄petua. glacies continua. Atteſtante beato Job qui ait. Ibi tranſitur ab aquis niuium ad calorem nimium. ⁊ econtra. Illic criſtalli copia. ⁊ nunq̄ ſolis preſentia. Criſtallus ſpeculum ⁊ faciez clariſſimam ſancte trinitatis ſignificat. Speculum inq̄ ſine macula in quo ſanctorum angelorum exercitus videre co̅gaudet: in infernis nullo tempore p̄ miſericordiam illucebit. Sed illic eſt criſtalli preſentia. id eſt ignis intolerabil' perpetua copia. in qua hominis filia. i. peccatoris damnata anima: non ſolum ſepte̅nis ſed ſempiternis ſupplicijs traditur crucianda.

De timore inordinato.
Capitulum. clxiij.

**A**Lexander regnauit qui vnicum filiuz nomine celeſtinum habebat: quem multum dilexit. in animo ſuo cogitauit. Bonum eſt filiu̅ meum ad doctrinandum dare. Vocauit quenda̅ philoſophu̅ ⁊ ait. Magiſter accipe filiu̅ meum ad doctrina̅du̅ ⁊ dabo tibi mercede̅

At ille. Dn̄e preſto ſum volu̅tati veſtre p̄ oi̅a ſatiſfacere. Pueru̅ ſecu̅ accepit ⁊ circa eu̅ diligens erat. Accidit vno die q̄ ad quodda̅ pratum cu̅ diſcipulo ſuo celeſtino perrexit: ambo in prato vnum equu̅ ſcabioſum viderunt iacentem: iuxta equu̅ erant due oues adinuice̅ ligate que herbas comedebant Accidit q̄ iſte due oues iuxta equu̅ paſcebāt vna ex p̄te dextra equi. ⁊ alia ex parte ſiniſtra: ſic q̄ equu̅ appropinquabant. ⁊ corda cuz qua erant ligate continue ſupra dorſuz lata eſt quouſq̄ ſuper ſcabiem in medio dorſi peruenit. Equus cum corda̅ i vulnere dorſi ſentiebat ſurrexit ⁊ magis ac magis grauabatur. ⁊ pre magno dolore cum impetu ice̅pit currere ⁊ duas' oues portabat. ⁊ quanto plus oues pondorabant tanto magis corda vulnus penetrauit ac dolore̅ augmentauit. Erat tunc prope pratum domus molendinarij. Equus vero ex magno dolore furioſus domum illam cum ouibus intrauit in qua nemo erat niſi ignis. Equus vero hincinde ignem diſperſit: intantum q̄ tota domus incepit comburi. ⁊ ſeipſum cum ouibus totaliter combuſſit.

Tunc ait magiſter diſcipulo ſuo celeſtino. Cariſſime Jam vidiſtis principium et medium. ⁊ totius rei geſte finem i̅tegraliter completu̅ Fac mihi de iſta materia verſus ſine falſitate. ⁊ quis debet pro combuſtione domus ſoluere. Quod niſi feceris amen dico tibi penam magnam ſuſtinebis Celeſtinus diſcipulus abſente magiſtro ſuo per ſe perrexit et multum ſtudebat. ſed verſus componere minime ſciebat. Ex hoc multum triſtis ſemper erat celeſtinus, Statim dyabolus in ſpecie hominis ei obuiabat et ait. O fili cur' tantum triſtaris. Qui ait. Non expedit tibi dicere. Et ille. Dicas mihi ſecure.. ⁊ tuuz negocium expediam. Ait Celeſtinus.

Debercem verſus componere ſub pena graui de equo ſcabioſo ⁊ duabus ouib⁹ ⁊ penitus ignoro. At ille. Ego ſum dyabolus in ſpecie hominis ⁊ optimus verſificator magiſtrum noli timere. ſed mihi promitte ꝙ meus ſeruus fidelis eris verſus tibi componam melius ꝙ̃ magiſter tuus. Celeſtinus vero conſentit fide data ꝙ fideliter miniſtraret ſi ꝓmiſſum compleret. At ille ſibi hos verſus dixit. Nexus ouem binam per ſpinam traxit equinam. Leſus ſurgit equus pẽdet vtrumqꝫ pecus. Ad molendinũ põdus portabat equinum. Diſpergendo focum ſe cremat atqꝫ locum. Cuſtodes aberant ſingula damna ferant. Puer vero cum iſtos verſus habuiſſet: gauiſus eſt valde. domum perrexit. Ait magiſter. Fili nunquid verſus legiſti ſiue feciſti. Et ille. Etiam magiſter. Verſus recitauit ſicut ſuperius eſt ſcriptũ. Magiſter cum hec audiſſet admirabatur et ait. Dic mihi fili: quis tibi fabricauit. Et ille: Nemo. Qui ait. Niſi mihi veritatẽ dixeris: vſqꝫ ad ſanguinis effuſionem flagellatus eris. Puer vero timẽs a principio vſqꝫ ad finem omnia ei retulit quomodo dyabolo eſſet obligat⁹. Magiſter vero contriſtatus eſt valde. fecit puerum reuocari ⁊ contritiõe magna confiteri ac dyabolõ abrenunciare. ⁊ poſt hoc factus eſt homo ſanctus. ⁊ deo animam poſt vitam bonã reddidit.

Moraliſatio

Cariſſimi.

Hic rex eſt dominus noſter ihũs xp̃s ĩ cuſtodia. ſ. ꝓpheti ⁊ prelati traditus ad doctrinandũ in bonis operibus: qui ſepi⁹ circa pratũ. i. mundũ ãbulat. videt equũ ſcabioſum iacentẽ. hoc eſt peccatorẽ in peccatis ſuis inuolutũ. ⁊ duas oues ligatas. i. prelatũ eccleſie ⁊ predicatorẽ qui debent adinuicem ligari cum corda caritatis. Prelatus eccleſie tenetur ſcd̃m iura predicatores admittere: ſicut ſunt fratres minores ⁊ predicatores. iſti duo ꝓpter nimiam caritatem per quam ſunt ligati ſepe tangunt locũ doloris in peccatore. hoc eſt prelatus per cenſuram eccleſiaſticam aliquos excõmunicat predicator ſermocinando peccata eorũ tangit. Unde videmus ꝙ aliqui qui ſũt tacti per prelatum aut predicatorem non corrigantur ſtatim ad modum equi incipiunt recalcitrare murmurare ꝙ ambos ſecum portat eos vbiqꝫ detrahendo oblata aut decimas ſufferendo elemoſinas facere. ſed tunc quid ſequitur. Equus ambas oues ad molendinum. ⁊c̃. i. peccator ſepe ad vtrumqꝫ hoc inconueniẽs ducit: quotiens eos verbo aut opere ledit. ⁊ igne detractionis comburit: quotiens famam eorum denigrat. Vel aliter poteſt reduci equuſ iſte ſcabioſus erat totum genus humanũ per peccatũ primi parentis infectum. due oues ligate: duo teſtamenta: quia in vtraqꝫ lege decem precepta ſunt poſita: Ecce ligantur magna adinuicem per iſtas duas leges equus. ſ. peccator tangitur quãdo ꝓpter peccatum pena ſcd̃m vtramqꝫ legem apponitur. Sed ſepius peccator recalcitrat ſicut datan ⁊ abyron contra deum murmurabant. et ideo perierũt. Et ideo totum genus humanum ſi per penitentiam condignam tactum fuerit: per chriſti paſſionem oportet ꝙ recurrat ad molendinum cum duabus ouibus. id eſt cũ duobus teſtamentis ad eccleſiam ſcilicet recurret. ⁊ ibi ſeipſum combureret gratia diuini amoris q2 lex ãtiqua dicit illud quod dicebatur in figura. In noua habetur. ⁊c̃. quia lex antiqua non eſt totaliter deſtructa ſed ſpiritus ſancti gratia combuſta. quia in antiqua lege hoc quod dicebat̃ in figura in

noua habetur expoſitum. Lex noua etiã
ſpiritusſancti gratia eſt combuſta. ſicut
teſtatur Salomõ. Mittam vobis ſpm̃
ſanctum. ⁊c. .i. ignem amoris. Uel ali
ter poteſt reduci. Equus ſcabioſus in
prata peccator eſt in mundo. due' oues
ligate corpus et anima per baptiſmum
adinuicem ligati: vt ſint de vna volunta
te caro ſpiritui non contradicat: ſed mi
ſer homo ſepe ſeipſm̃ cum corpore et ani
ma trahit ad molendinum. i. ad infer
num vbi omnes ſingula damna ferant.
id eſt omnes ſenſus per peccatuz abſen
tes erant inter virtutes quas in baptiſ
mo receperunt. ideo quilibet penitenti
am ſuam portabit. vt ſi viſus vidit illi
cita. auditus audiuit detractoria. et ſic
quilibet in ſuo genere acriter puniatur.
tunc debes verſus componere. hoc nil ali
ud eſt ꝗ̃ animam ⁊ corpus ad rectitudi
nem per opera miſericordie ligare. ⁊ hõ
non debẽs ad ſuggeſtionem dyaboli fa
cere ſed ad informationem boni prelati
⁊ per conſequens vitam eternam obti
nere. Ad quam.

De puerſitate mundi.

Capitulũ. clxxiiij.

# N libro quo

dam habetur de colloquio
Petri ad ihesum. Uidi ali
quando quinqꝫ viros quos quidem fre
neticos arbitrabar. Uidi vnum come
dentem arenam maris ita auide: ꝙ per
vtramqꝫ partem oris exiret. Alium vi
di ſtantem ſuper foueam ſulphuream ⁊
pice plenam: de qua fetor intolerabilis
exibat: qui toto niſu nitebatur fetorem
illum in os ſuum haurire. Tercium vi
di in ardenti fornace iacentem: cui tan
tus calor ſufficere non valebat. vnde ni
tebatur capere ſcintillas de fornace volã
tes ad deuorandum. Quartum vidi ꝙ
ſupra pinaculum templi ſedebat vt ven
tum caperet. ⁊ ſemper os apertum ha
bebat. vt ventus per eum tranſiret Qui
tum vidi per omnia ⁊ ſingula membra
ſua quicquid potuit in os ſuum capere
deuorabat. ⁊ alios continue deridebat.
Iſtos quinqꝫ homines multi viderunt
⁊ multũ admirabantur quomodo talia
facere potuerunt.

Moralizatio.

Cariſſimi

# Er primuz ho

minem qui arenam maris co
medebat poſſumus intelligere virum
auarum. eccl. quarto. Unus eſt ⁊ ſecun
dum non habet non filium non fratrez.
⁊ tamen a labore non ceſſat: nec ſatian
tur oculi eius diuitijs: nec recogitat di
cens Laboro: cui. neſcio. ⁊ fraudo aĩam
meam bonis. Exemplum de illo diuite
qui dixit. Deſtruam horrea mea. De
ſecundo qui ſtetit ſupra foueam ſulphu
ream: talis comparatur guloſis ⁊ luxu
rioſis. Phi. tercio. Nunc autem dico
flens inimicos crucis chriſti: quorum fi
nis interitus: quorum deus venter eſt.
⁊ gloria eorum in confuſionem ipſorum
Tales eniz intantum dati ⁊ intenti
ſunt ebrietatibus ⁊ guloſitatibus ſuis.
ꝙ ſi deus eos in tali ſtatu viuere et per
mittere vellet: numꝗ̃ celos intrare pe
terent. Qui teſte Boetio in quarto li
bro de conſolatione philoſophie. ſum
mam felicitatem in voluptatibus eẽ cõ
ſtituunt. Hij cum calice meroris. ⁊ are
na magne tribulationis apud inferos
potabuntur. Quia impoſſibile eſt: vt
hic ventrem ⁊ illic mentem repleant. ⁊
de delicijs ad delicias tranſeant. De
tercio quem vidit in ardenti fornace ia
centem. cui talis feruor ſufficere nõ po
tuit. ſed ad hoc ignem degluuit. Ta
lis comparatur illis qui diuitijs ⁊ bono

ribus ceteris ſe preponunt: ſ; ⁊ hoc nec
eis ſufficit: ſed toto conamine laborant
ad hoc vt pauperes ſpoliant. ⁊ per vſu
ras ſuas aut alia quecunq; extorquendi
genera illicita que habent ab eis habe
re poterunt. De quibus Job viceſimo
Abſtuliſti pignus fratrum tuorum ſine
cauſa. ⁊ nudos ſpoliaſti veſtibus Pro
verbiorum. xviij. Qui coaceruas diuias.
⁊c. De quarto qui ſtetit ſupra pinaculũ
templi ſignificantur illi qui omnia opa
ſua bona faciunt vt videantur ab homi
nibus. ſicut ypocrite qui ſub ſpecie boni
omne malũ quod poſſunt faciũt. Amẽ
dico vobis: receperunt mercedem ſuã.
Unde Job. xxi. Tenent tympanum ⁊
citharam. ⁊c. Quia cum pharisei ⁊ ſi
mulan aliquod opus bonum. ſ. elemo
ſinam aut huiuſmodi facere voluerunt
poſuerunt ſe ad terminum ⁊ angulũ ali
cuius publici tranſitus hominum vt vi
derentur. ⁊ cum hoc tubis ⁊ citharis ca
nebant. De quinto qui membra ſua
deuorabat: ſignat eos qui omnia bona
opera virorum eccleſiaſticorum ⁊ doc-
torum ſacrorum qui zelatores ſunt ſacre
doctrine detrahunt. ⁊ inquantum in ip
ſis eſt peruerſe deuorantes intelligunt
nec a detractionibus ceſſare volunt.

Item de mũdi puerſitate. Ca. clxv.

Egitur in vi
taſpatrũ: ꝙ angelus oſten-
dit cuidam ſancto tres ho-
mines triplici fatuitate laborantes.
Primus homo faſciculum de lignis fa
ciebat. ⁊ cum non poſſet portare pre ni-
mia grauedine adhuc plura ligna adiũ
gebat. Secundus aquam de puteo ꝓ-
fundo cum multo labore hauriebat cum
vaſe cribrato ⁊ foraminibus pleno. ⁊ ta-
men non ceſſabat implere Tercius tra
bem in curru gerebat: volensq; domũ
intrare: ianua tam arta ⁊ parua erat: ꝙ
intrare non potuit. ⁊ tamẽ non ceſſabat
equum verberare ⁊ pungere: quouſq;
in foueam profundam ſimul ceciderũt.
Tunc ait angelus. Quid tibi videtur
de iſtis tribus hominibus. At ille Tres
ſtulti ſunt. Cui angelus. Primũ quem
vidiſti per illum intelligas homĩes qui
peccata perpetrant ⁊ de die in diem cre
dunt ſecum portare vſq; ad finem. ⁊ co
tidie addunt plura. Et plura intantum
ꝙ portare omnino nõ poſſunt: quouſq;
mors ſubito veniat ⁊ animam ad penã
afferat ⁊ in profundum lacum inferna-
lem demergat. Per ſecundum quẽ vi
diſti aquam de puteo profundo inuanũ
haurientem intellige illos qui opa me-
ritoria perpetrant ⁊ tamen locum meri
torium in eis non occupant. quia pleni
ſunt foraminibus. i. peccatis. ⁊ quicq̃d
boni operantur per peccatum totum de
ſtruitur. Per tercium qui trabem porta
uit deſignantur mundi potẽtes qui cre
dunt per oſtium regni celorum intrare
cum ſuperbia vite ⁊ mundi pompa. ta
men impediuntur intantum ꝙ ad infer
num cadunt. A quo nos. ⁊c.

De ludo ſchacorum.
Capitulũ. clxvi.

Chacarum ha
bet ſexagintaquattuor punc
ta per octa diuiſa. ſcilicet vi
rum ⁊ mulierem. ſponſos et ſponſas.
clericos et laycos. diuites ⁊ pauperes
Iſtum ludum ſex homines ludunt.
Primus eſt rochus. ⁊ eſt in duplici ge
nere. ſcilicet albus et niger. dexter eſt
albus. et ſiniſter eſt niger. Huius
virtus eſt ꝙ cum omnes ſchaci fuerint
in locis ſuis ſituati: tam nobiles q̃ po
pulares habent virtualiter certos ter
minos ad quos poſſunt progredi ſoli

autem rochi cum ſint incluſi nullam ha bent progrediendi virtutem niſi eis per nobiles aut populares via fuerit expe dita. Et vadit ſemper recto tramite: et nunq̄ ad angulum: ſiue antecedet ſiue revertatur. Et quando vadit lateraliter ex altera parte capit alium ⁊ fit fur.

Expoſitio.

Cariſſimi.

Jc pauper ve tus nihil habet niſi vnū tranſitum pau pertatis ſue per quam recto tramite īce dit ad omnium pauperum dominū ihe ſum chriſtum. et fit regina iuxta regem regū. Sed ſi murmurans de ſtatu ſuo lateraliter retrocedat: fit fur et rapit qc quid poteſt: nec de regine ſolio curat.

Secundus eſt alphinus qui ꝑ tria puncta currit. Nam in ſede ꝓpria ille q̄ eſt niger ad dexteram regis collocatur ⁊ albus ad ſiniſtram. Dicuntur autem albi ⁊ nigri non ex colore: ſed ex loci ſi tuatione. Dexter enim qui niger eſt ꝓ gens verſus dextram ſe in ſpacio nigro ⁊ vacuo ante agricolam locat. Sed ſi niſter de ꝓpria virtute habet duos pro greſſus. vnum verſus dextram ad ſpa cium album. Alium verſus ſiniſtram ad ſpacium vacuum ⁊ album Et ſic de ter cio ad tercium quadrum vadunt ſeruā do proprium ſitum in forma. vt ſi eſt ni ger ſemper in nigro et econtra. ⁊ hoc ꝓ cedendo ſemper in angulo Cariſſimi Alphini iſti ſurſum ⁊ deorſum ambulā tes ſignant mundi ſapientes qui habēt tria. ſcilicet. Intellectum. rationem. ⁊ fortitudinem. Iſta deberent dirigere ſur ſum ad deum per opera miſericordie: ſꝫ tendunt deorſum per eloquentiam ⁊ hu manam fraudulentiam. ⁊ currunt latera liter ad angulum per tria puncta que ſi gnificant guloſos in crapulis quotidie currentes. raptores aliena bona ſine cō ſenſu depredantes ⁊ auferentes. ac ſup bos in proſapia: pulchritudine ⁊ diuici arum affluentia glorantes. Hij omnes lateraliter ⁊ a recta via currunt. ⁊ tan dem per regem. i. dyabolum rapiūtur. ⁊ in infernum iuſto dei iudicio detrudū tur Tercium eſt genus militum quo rum dexter eſt albus ⁊ ſiniſter niger. Al bus habet tres progreſſus in loco pro prio ſituatus: vnum verſus dextram in loco nigro ante agricolam. Secundū in ſpacio nigro ⁊ vacuo ante laniſicem Tercium verſus ſiniſtram in loco mer catoris. Cum vero ad regem conſtitui tur: ſex quadra ambulare poteſt. Cum vero ad mediū octo. Id eſt de ſiniſtro. Cum enim niger aduerſus regem ⁊ al bus aduerſus eundem perambulant v nus ante reginaꝫ vt ſiniſter. alius ad re gem vt dexter ſe locat. Cariſſimi: ſic milites deſcendentes ⁊ campum requi rentes ſtrennui ⁊ fortes bellare debent. ⁊ regem ad modum corone cingere ac defendere. Omnes enim nos milites ſumus. ⁊ pugnare contra dyabolum in campo huius mundi nos oportet. ⁊ re gem noſtrum. i. animam defendere: qz aduerſarius noſter fortis eſt temptādo aliaqꝫ mala et illicita ſuggerendo: ſꝫ de bilis eſt ſi volumus ſupare. Cui vt pau lus ait: fortes in fide reſiſtere debemus. nec timere. Conſueuerūt namqꝫ fortes milites et experti in principio cū arma ſuſcipiunt tremere colore palleſcere. ſā guinem de naribus emittere Cuius ſig num probitati potius atteſtatur q̄ vicio Credibile namqꝫ eſt eum qui in princi pio belli timore concutitur cuꝫ ad bellū redierit conſtantius agere nec tergauer tere cum ad hoc peruenerit: vbi timor mortis ante preuiſus preſentialiter vi detur imminere. Timor enim nobis oī bus iminet de morte futura vtinaꝫ tem

poꝛali ſaltem: ideo ſtrenue ⁊ ſine omni timoꝛe armis fidei ſuſceptis. ⁊ clipeis boni operis protelatis pugnare opoꝛtet. vt ſecundam moꝛtem. i. eternã foꝛtiter deuincamus De qua Boetius ait Jacetis pꝛoꝛſus ignoꝛabiles iam vos ſecunda moꝛs manet. Milites iſti cum poſt pugnam ad fines exiliunt tãq̃ coꝛdati. ⁊ virtute aſſũpta ad. viij. quadra pꝛoſiliunt. ⁊ inuentos hoſtes ꝓſternũt Sic eſt de omni homine qui de ſe humilia ſentit ⁊ in nullo ſuperbit. poſtea ſaltabit ad octo quadra octo beatitudinũ. Quia omnis qui ſe humiliat exaltabitur. Quartum genus eſt populariũ quoꝛum omniũ eſt vnus atq̃ idem progreſſus. Nam de vno quadro in quo ſituati ſunt poſſunt progredi ad tercium quadrum. eo ꝙ quaſi ſecuri infra regis confinia conſiſtant. Cum vero extra regis terminos pꝛoſiliunt: vno quadro contenti ſemper in directum aſcendũt. nunq̃ tamen reuertuntur in rectum vt euntes curent per virtutem acquirere: q̄d nobiles ſituati tenent in dignitate Unde ſi ſic ꝑ milites ac alios nobiles adiuti fuerint ꝙ ad lineam aduerſarioꝝ nobilium quadratum perueniant. ꝑ virtutem acquirunt quod regine per gratiam eſt conceſſum Eſt autem ſciendũ ꝙ populares aſcendentes in rectum: ſi quem nobilem aut popularem inuenerint aduerſarium. ⁊ hoc in angulis: ipm a dextris ⁊ a ſiniſtris capere ⁊ occidere poſſunt. Nunq̃ autem extra lineam rectam ad dextram vel ſiniſtram progreditur popularis: niſi cum regine obtinꝫ dignitatem. Cariſſime. populares iſti vtriuſq̃ conditionis ⁊ ſexus homines ſignificant: inter quos reges potentes nobiles ⁊ alij illuſtres ad regendũ ⁊ preſidendum poſiti ſunt. Qui cũ eoꝝ officia ſcd̄m leges ⁊ rationes non dirigunt: nobilitatis ſue virtutem amittũt ⁊ actum conditionemq̃ populariũ incurrunt. Omnes enim ab vno pꝛẽ geniti ⁊ pꝛocreati ſumus adam: inter quos virtutibus pꝛeclari regis ⁊ nobiliũ nomina merito ſoꝛtiuntur. Sed dum populares. i. plebi homines ſimplices iuxta diſcretoꝛum confeſſoꝛum ſuoꝛum cõſilia viuentes ⁊ mandatis eccleſie obedientes lineam recte vite aſcendunt: merito regum ⁊ nobilium ſanctoꝛum nomina ex officio perfectionis vite in celeſtibus ſoꝛtiuntur Nemo ergo tales populares deſpiciat: quia tam ad imperiũ q̃ ad ſummum pontificatum virtutibus plenos ⁊ gratijs eos legimus perueniſſe

Cum gigas quidam nomine arius. diuitijs eſſet opulẽtiſſimo lidie regno inflatus. ⁊ omnino rex impius. Hic cũ veniſſet ad hoſpicium appollinis ſciſcitaturus an aliquis moꝛtalium eſſet eo felicioꝛ. Ex abdito ſacroꝛum ſpecu vox inſonuit que ei pꝛetulit quendam popularem Agalaum nomine. Hic erat pauperrimus rebus. animo vero diues. et etate ſenioꝛ: qui terminos agri ſui nunq̃ exceſſerat. Sic ergo appollo magis approbat cum ſecuritate trãquilla agalai rude tugurium: q̃ triſtem ⁊ ſollicitudinibus aulam plenam gigantis ditiſſimi. Magis enĩ approbauit paucas glebas pauoris inexpertes: q̃ oꝛam lidie pinguiſſimam metu plenam. Hic pauper agalaus virtuoſiſſimꝰ fuerat. Quãto enim homo eſt natione inferioꝛ: virtute vero et poteſtate ſuperioꝛ. tanto etiam glorioſioꝛ redditur ⁊ famaſioꝛ. Uirgilius longobardus oꝛigine: natione Mantuanus. pꝛoſapia humili oꝛtus. ſapientia tamen maximus ⁊ eximius poetarum claruit. Cum quidam ſibi diceret ꝙ verſus Omeri operi ſuo insereret. reſpondit. Magnarum eſſe virium clauam excutere de manu Herculis . Quintus qui in iſto ſacrario

ludit ⁊ nominatur eſt regina. Cui⁹ pro
greſſus eſt de albo in nigrum. ⁊ ponitur
iuxta regem. ⁊ quando recedit a rege ca
pitur. Que cum mota fuerit de propõ
quadro nigro vbi primo fuit locata nõ
poteſt ꝓcedere niſi a quadro in quadrũ
vnum ⁊ hoc angulariter. ſiue procedat
ſiue retrocedat. ſiue capiat ſiue capiat̃
Sed ſi queratur cur regina bellis expo
natur: cum cõditio mulieris debilis ſit
⁊ fragilis Dicendum eſt ſi ſcire velim⁹
ꝙ morem illarum mulierum ſequitur:
vbi viri ad bella procedentes: mulieres
⁊ vxores cum tota familia ad caſtra de
ducũtur. Thartari eñi hoc faciunt. Et
licet nõ vtantur arcu: magis poſſunt ta
men homines impedire ꝙ̃ corporis vir
tute proſternere. Jn ſolatium tamẽ re
gis fcm̃ eſt. ⁊ ad amoris oſtẽſionẽ pro/
uiſum: vt ad bella regem regina ſequa/
tur. Cariſſimi: per reginam animã no
ſtram intelligemus que regina in celis
per tramitem bonorum operum conſti/
tuetur. hec regina alba eſt ⁊ nigra Alba
per confeſſionem ⁊ abſolutõnem quan
do ſeruus eius ſcilicet corpus pure con
fitetur ⁊ abſoluitur ſatiſfaciens pro de
lictis in tantam albedinem redditur ⁊
decies clarior ſole apparebit. Sʒ nigra
efficitur per peccati fuliginem ⁊ deturpa
tionem. Hec iuxta regem ſtare debet.
quod ſi non fecerit capitur ⁊ violatur.
Anima eñi noſtra ad hoc corpori infuſa
eſt vt eius recuperatione ⁊ ſaluatione:
angelorum exercitus qui ruinam mag
nam cum lucifero fecerat ad integrum
reſtauretur ⁊ vt ad regem glorie vt re/
gina collocetur Que cum a rege cuius
cura regitur ⁊ gubernat̃ diſceſſerit: ca
pitur. ⁊ per mortalia fcã ad īferos mac/
tatur. ⁊ ibi irrecuperabiliter demergit̃.
Et quãuis regia iſta id eſt anima ab ex
tra bellare neſciat: corpus tamen vt me
ritoria operetur abintus īſtiget. Quie

corpus noſtrum ſicut inſeſſor equum:
anima ideſt ratio noſtra dirigere debet
ad virtutes ⁊ informare ne vltra limi/
tes mandatorum eccleſie proſiliat: ſed
recto tramite de quadro vnius virtutis
in quadrum alterius greſſum faciat ꝓp
terea regina in ſchacario greſſum len/
tum ⁊ non ſaltum debet habere ⁊ infra
proprios limites permanere. Nam dy
ana iacob filia virginitatē ſeruauit dũ
in domo fratrum ſuorum quieuit. ſʒ ſta
tim cum ad vidẽdum alias regiones cu
rioſe exiuit. a filio ſichen corrupta fuit.
Seneca dicit. ꝙ mulieres que malam
faciem habent leues ⁊ impudice ſunt.
Non eñi illis deeſt animus ſed corrup
tor. Solinus dicit ꝙ preter mulieres
pauca animalia coitum mouent graui
da. Nigram faciem ad omnium viro/
rum aſpectuʒ debent habere. ne ab aliĩs
ſollicitate: de incontinentia diffamẽtur
Ouidius Que dant q̃ue negent: gau
dent tamen eſſe rogate. Ludunt formo
ſe. Caſta eſt quam nemo rogauit. Sex
ti qui hunc ludum exercent: reges ſunt
⁊ nuncupantur. Rex eñi ſuper omnes
alios eſt quod motionis ⁊ progreſſio/
nis nature manifeſtat Cum eñi reſideat
in quarto quadro albo cũ ipſe ſit niger
habet a dextris in albo militem alphilẽ.
rochum vero ⁊ in nigro. Jn ſiniſtra ve
ro tenet loca oppoſita Quia ꝟo rex vt
dictum eſt ſuper omnes obtinet digni/
tatem ⁊ dominiũ ratione dignitatis nõ
decuit eum multo ſpacio a regni ſui ſo
lio abſentari ⁊ ideo qñ moueri incipit
de ſuo q̃dro albo. naturã ſequit̃ rochoꝝ
a dextꝰs ⁊ a ſiniſtrꝭ Jta tñ ꝙ a ſiniſtrꝭ nõ
p̃t ſe ponere in loco nigro iuxta rochũ
ſituatũ in albo ſʒ p̃t ſe ponere ī albo loco
iuxta dictum rochum ad angulare qua
drum vbi ſituati ſunt ciuitatꝭ cuſtodes
⁊ ibi naturam habet militis in tali pro
greſſu. Jſtos autem duos progreſſus

ſortitur vice regine. Cariſſime iſte
rex eſt dominus noſter ihesus criſtus q̄
eſt rex regū ſuper omnes in celo ⁊ in ter
ra. quod progreſſionis ⁊ motionis ſue
natura manifeſtat. Dum enī progredi
tur: omnes ſanctorum angelorum cho
ri ipſum tanq̄ȝ dominum venerātes co
mitantur qui ⁊ ſecum habet rochum ⁊
alphilem aliaqȝ ſchachalia ⁊ locuȝ vni
uerſorum recto tramite occupat circum
quaqȝ. teſte pſalmiſta. Qui ait. Si aſ
cendero in celum: tu illic es. ſi deſcēde
ro ad infernū ades Deniqȝ reginā ſecū
ducit id eſt miſericordiarum piam ma
trem ⁊ dominam noſtram mariam. Cu
ius vice: vnum progreſſum miſeratio
nis ad popularium quadrum id eſt ho
minum in mundo viuentium facit Vn̄
merito nomen illud glorioſum per ꝓ-
phetam ſortitus eſt vbi eum patreȝ mi
ſericordiarum ⁊ deum totius conſolati
onis eſſe proteſtatur. Dum enī mero-
ris ⁊ perditōnis noſtre per peccatū pro-
thoplaſti nullus ſanctorum aut electo-
rum recuperationem facere poterat: ip-
ſe miſericors rex ad popularium ſuorū
reſtaurandum gregem ⁊ numeruȝ de ce
leſtibus ſedibus ad huius mundi miſe
rabilis quadrum ingredi dignatus eſt.
⁊ a ſeruitute dyabolica nos liberauit.
Cuiꝰ ſibi gratiam ꝑ īfinita ſecula red-
damus.

De audiendo bono conſilio.

Capitulum. Clxvij.

Agittarius
quandam auiculam nomi
ne philomenam capiens-
quando volebat eam occidere. vox da
ta eſt philomene ⁊ ait. Quid tibi pro-
derit o homo ſi me occideris. Neqȝ enī
ventrem tuum de me implere valebis:
ſed ſi dimittere me velles: tria manda-
ta tibi darem. que ſi diligentius ſerua
res: magnam vtilitatem inde conſequi
poſſes. Ille vero ad eius loquelam ſtu
pefactus promiſit vt eam dimittere vel
let ſi hec tria mandata ⁊ vtilia profer-
ret. Que ait. Audite ergo. primum
eſt. Nunq̄ȝ rem que apprehendi non pō
teſt apprehendere ſtudeas. Audi ſecun
dum. De re perdita ⁊ irrecuperabili nū
q̄ȝ doleas. Audi tercium. Verbo incre-
dibili nunq̄ȝ credas. hec tria bene cuſto
di ⁊ bene tibi erit. Ille autem vt ꝓmi
ſit: eam volare dimiſit. Philomena eī
per aerem volitans: dulciter cantauit. fi
nito cantu dixit ei. Ve tibi homo q̄ȝ ma
lum conſilium habuiſti ⁊ q̄ȝ magnū the
ſaurum hodie perdidiſti Eſt enim in vi
ſceribus meis margarita que ſtrutiōis
ouum vincit magnitudine. Ille hoc au
diens: contriſtatus eſt valde ꝙ eam di
miſit rethe ſuum expandit ⁊ conabatur
eam apprehendere dicens ei. Veni do
mum meam ⁊ omneȝ humanitatem ex
hibebo tibi ⁊ proprijs manibus te paſ-
cam. ⁊ ad tuam voluntatem te volare
permittam Cui philomena. Nunc pro
certo te fatuum eſſe cognoſco. Nam ex
illis que tibi dixi nullum profectuȝ ha
buiſti. quia de re perdita ⁊ irrecuperabi
li doles ⁊ me nequeas capere ⁊ tamen
per rethe tuum tēptaſti. Et inſuper mar
garitam in meis viſceribus eſſe credi-
diſti. cum ego tota ad magnitudinem
ſtrutionis oui non valeam pertingere:
ſtultꝰ es ⁊ in ſtulticia tua ſēꝑ ꝑmanebis
Hijs dictis auolauit. Homo autem
dolens ⁊ triſtis ad domum redijt ⁊ phi
lomenam non vidit.

Moralizatio.

# Karissimi. iste

ſagit. pt dici qlibʒ hoīꝰ xpi
anus q̃ in baptiſmo a pctō
originali eſt lotus in quo baptiſmo ſa-
gittas acutas recepit. ſ. v̾tutes ↄtra di
abolum mundū ⁊ carnē. Accepit philo
menā. ſ. dn̄m nr̄m ihesum qn̄ renūcia-
uit dyabolo ⁊ pompis eius. Qui miro
mō dulcit̾ cantauit qn̄ ordeīn pt̄i celeſti
pro genere hūano īfudit ſʒ miſer pctōr
iſtam philomenā. ſ. dn̄m noſtrū ihesuʒ
xp̄m cogitauit occidere: quotiens cogi
tauit peccatū mortale perpetrare Sicut
dicit apl's. Iterū quantū eſt in eis cru
cifigunt filium dei. Sed diligenter at
tendas ꝙ deus dedit tibi tria mandata
q̃ ſi diligēter homo cuſtodierit ad mag
num ꝑfectuʒ prouenire poſſet ⁊c̄. Rex
iſte ē trinitas in q̃ ſunt tres ꝑſone ⁊ vnꝰ
deus quā rem nunq̄ꝫ poterimus appre-
hēdere q̄ꝫdiu ſumus in hoc mortali cor
pore ſcdm̄ ꝙ dicit apl's Iam videmus
in enigmate. poſtea videbimꝰ ſicuti eſt.
Nec fides habet meritum vbi humana
ratio prebet experimentum. Itē ſalua-
tor in euangelio reſpōdit mulieri petēti
dic vt ſedeant hij duo filij mei ⁊c̄. Re
ſpondit ſaluator. Neſcitis quid petatis
Item dicebat petro querenti de ↄſum
matione ſeculi. ⁊c̄. Non eſt veſtrum
noſſe tpa vel momenta ⁊c̄. Ecce iſti ſtu
pebāt rem apprehendere quā non potue
runt attingere.

Alia deductio.

## Aliter iſtud ex

emplū pt reduci ad illos q̃
appetūt honores ⁊ diuitias
Exemplū de lucifero qui rem appetijt.
ſʒ īpoſſibile ei apprehēdere erat. qn̄ di-
cebat. Aſcendā vſq̄ꝫ ad terciū celum.
Quid ergo ſequit̾ poſt. In infernū ce
cidit. Itē de primo parente qui ꝑ eſum
pomi deus eſſe voluiſſet ꝓpter qd̄ a pa-
radiſo eſt expulſus ⁊ mortē ſibi ⁊ nobis
oībꝫ parauit Conſulo ergo vt vos diui
tes ac mundi potētes nolit̾ rem appre
hendere q̃ apprehēdi non pt̄. Sic ſunt
bona tēꝑalia ac ſeculi honores q̃ nunq̄ꝫ
veraciter poterūt ſine dāno aīe apprehē
di ſicut dicit apl's Qui voluerit diues
fieri incidit in laqueos dyaboli. Et licʒ
bona obtinuer̾ qn̄ melius ſperas de eiſ
dem gaudere: defraudaueris. Exēpluʒ
de illo diuite qui dicebat. Deſtruam
horrea mea ⁊ eadē nocte defunctus eſt
Secundum mandatum eſt. de re perdi
ta ⁊ irrecuꝑabili nō dolebis. Cariſſimi
ſcire debetis ꝙ per rē ꝑditā debemꝰ itelli
gere corꝑis ſanitatē. aut diuitias quas
deus aufert ab eo quē diligit. Iuxta il
lud flagellat deus filiū ſuum quem dili
git Sed cū aliqui facti ſunt ceci claudi
aut mēbro aliquo priuati vel diuitijs
ſpoliati ⁊ vltra q̄ꝫ credi poteſt dolent ⁊
gratias deo non offerūt ſicut eſau mul-
tum dolebat ꝙ benedictionem patris a
amiſit ⁊ tamen obtinere nō potuit Ter
cium mandatū eſt. verbo incredibili nō
credas In iſto v̾bo cariſſimi multi ſunt
decepti per dyabolum ⁊ carnem. Dya-
bolus ſuggerit multa ⁊ falſa promittit
que ſunt incredibilia ſicut de primo pa
rente qui credidit dyabolo quādo dixit
Si comederit̾ de ligno eritis ſicut dij
Credidit ⁊ erat deceptus ⁊ ideo a para
diſo eſt expulſus. Promiſſio dyaboli
erat incredibilis propter duo. primo
quia mendax. ſecundo quia deus ei pre
dixit. In quacūq̄ꝫ hora comederitis de
ligno illo: moriemini. Sic modo aliq̃
tantum credunt dyabolo mundo ⁊ car
ni ꝙ ſtatim eis adherent ⁊ in peccatis cō
ſentiunt ⁊ dicunt. Ouum eſt tam preci
oſum ⁊c̄. Per ouum mundus intelligi
tur qui eſt rotundus Mundus dicit ho
mini. Bonū eſt vti mūdo in iuuentute

quia licet hoc fecerimus ⁊ peccatum in
ciderimus. tunc maioꝛ eſt ſtrutione. i.
maioꝛ eſt diuina mīa ꝗ̄ noſtra miſeria.
Contra tales dicit p̄s Non miſerearis
oīb᷒ q̄ opant̄ iniquitatē Studeam᷒ ꝗ.
De eterna dānatōe Ca. Clxviij.

Arlaam nar
rat. ꝙ pctōꝛ ſimilis eſt hoī
qui cum timet vnicoꝛnem
recedit in baratrū. Dum autē caderet:
manibus arbuſtulam quandā appꝛhen
dit que de pꝛofundo aſcendebat. ⁊ aſpi
ciens inferius: vidit ad pedem arboꝛis
puteum teterrimū ⁊ draconē hoꝛribilē
arboꝛem cingentem ⁊ eius caſum oꝛe a
perto exſpectantē. Duob᷒ āt muribus
quoꝛū vn᷒ erat alb᷒ ali᷒ niger arboꝛem
inceſſanter coꝛrodētib᷒ in radice ſenſit
eum vacillare. Quattuoꝛq̄ȝ vipꝛe albe
a baſi qua pedem fixerat ꝓcedētes totā
foueam flatu ſuo moꝛtifero intoxicabāt
Eleuās oculos vidit exitum mellis de
ramis arboꝛis ſtillantis oblituſq̄ȝ peri
culi: in quo vndiq̄ȝ poſitus erat: illi dul
cedini ſe totum dedit. Quodam auteȝ
amico eius poꝛrigente ſibi ſcalā vt egre
deretur: melle delectatus diſtulit ⁊ ca
dente arboꝛe cecidit in os draconis.
Qui deſcēdens in puteum ibi eum de
uoꝛauit ⁊ ſic miſera moꝛte heu moꝛtu᷒ ē
Cariſſimi Moꝛalizatio

Omoiſte eſt
peccatoꝛ vnicoꝛnis ē moꝛs
qui hominem ſemper ſequitur Baratꝛ
eſt mundus iſte. arboꝛ eſt vita qui ꝑ ho
ram diei ⁊ nocti quaſi per murem albū
⁊ nigrum inceſſanter conſumitur. Ba
ſis ex qua procedunt vipꝛe: eſt coꝛpus
humanum habens quatuoꝛ qualitates
humoꝛum quibus inoꝛdinate compoſi
tis: coꝛpoꝛis compago diſſoluitur Dra
co eſt dyabolus. puteus infernus. dul
cedo ramuſculi: delectatio peccati. per
quam homo seducitur vt periculum nō
intueatur. Amicus eſt criſtus aut pꝛedi
catoꝛ. ſcala eſt penitentia cui cum homo
differt acquieſcere: ſubito vita deficien
te in os dyaboli cadit qui eum in infer
num deuoꝛat ⁊ rapit

De duodecim legibus ⁊ modo vi
uendi.

Ca Clxix.

Arꝛat troguſ
pompeius de ligurio nobi
li milite: qui ciuitateȝ quan
dam cū populo iurare indixerat ad ſer
uandum leges quaſdam iuſtas ⁊ vtiles
licet pꝛīcipio graues. donec ipſe ab ap
polline deifico: quem ipſe finxit eſſe au
toꝛem dictarum legum reſpōſum repoꝛ
taret. Quo facto in chꝛetam iuit ⁊ ibi
perpetuum exiliam egit. Moꝛiturus
autem oſſa ſua ad ciuitatem rediret ⁊
omnes a iuramento ſe liberas eſte cre
dentes legum obſeruātiam violarent.
Harum autem legū: duodecim nume
ro erant Pꝛima lege populum in obſe
quium principum. ⁊ princeps in cuſto
diam ſubditoꝛum ⁊ ad cohercōnem im
pioꝛum refoꝛmauit. Secunda lege. ꝑ
cimoniam ⁊ frugalitatem omnibus per
ſuaſit: credens militiam laudabilius fie
ri modeſtia ꝗ̄ crapula. Tercia lege iuſ
ſit ſingula non pecunia: ſed meritoꝛum
compēſione opoꝛtuna. Quarta lege in
ſtituit aurum ⁊ argentum velut omniū
materiarum vilioꝛem. Quinta Ammi
niſtrationem rei publice: per oꝛdinē di
uiſit dans regibus poteſtatem bellorū
magiſtratibus iudicia. ⁊ omnes offenſi
ones ſenatui. cuſtodiam legum pōpu
lo creandi vel eligendi magiſtratus po
teſtatem. Sexta. Fundum omnibus
equaliter diuiſit ⁊ omnibus patrimo
nijs equalibus: ita ꝙ alter altero null᷒

potẽtior redderet. Septiã iuſſit oẽs cõ
uiuari publice ne alt̃ alteri forz cã luxu
rie. Octaua. Juuenibꝫ toto anno vna
ſola voluit vti veſte. Nona. Pueros pau
peres in agrum non in forum publicũ
deduci iuſſit vt primos annos ducerẽt
in opere non in leuitate. Decima lege
ſtatuit virgines ſine dote nubere. Un
decima voluit vxores eligi non pecunia
Duodecima: maximum honorem non
diuitiꝫ. ſed pro gradu etatis ſtatuit fo/
re. Omne autem qđ quãũcꝫ lege ſta
tuit: ipſe pro exemplo aliis primus ſer
uauit.

Moralizatio.

Cariſſimi

Ste nobilis

eſt dominus noſter Jheſus
criſtus: qui intrauit quandam ciuitatẽ
id eſt mundum iſtum. ⁊ fecit populum
iurare id eſt in baptiſmo firmiter ꝓmit
tere ſeruare leges ſuas id eſt decem pre
cepta donec veniret ad iudicium. Cum
autem mortuus erat non tantum oſſa:
ſed totũ corpus in mari. i. in terra poſu
it. Prima lex eſt. Jn obſequium pꝛĩci/
pum ⁊c̃. hoc eſt ꝙ criſtiani ſemper ſint
parati per omnia prelatis ⁊ eccleſiarum
rectoribus ſine excuſatione aut aliqua
cotradictione ſimpliciter obedire. Et ꝙ
pꝛĩcipes per quos prelatos intelligimꝰ
qui curam animarum cuſtodiendarum
ſuſceperunt: ſubditos ſuos in viam ſa/
lutis dirigant ⁊ ꝑ bona exempla in vita
ſua eos antecedant. quia turpe eſt doc
tori cum culpa redarguit ipſum. Secũ
da lex fragilitatem omnibus perſuaſit.
⁊ ſymoniam aut cetera contraria inter
dixit: percimoniam ſuadens. Ac gulam
carniſcꝫ crapulam quibus m̃lti hodier
nis temporibus intendentes ⁊ dediti vi
tã breuiant: exercere ꝓhibuit. ſꝫ fruga
litatẽ bonoꝝ opeꝝ ⁊ largitatem elemo/
ſinarũ oĩbus nobis per legẽ qua octo
opera miſericordie inſtituit: ſeruandaꝫ
eſſe voluit atcꝫ perſuaſit. Quia quicq̃d
vltra neceſſitatem vite prelati aut aliĳ
viri eccleſiaſtici diuites habent: in ele/
moſinam pauperum diſtribuere tenen
tur. Aliter teſte beato Jheronimo rapi
na eſt ⁊ ſacrilegium coram deo. Tercia
lex iuſſit ſingula non pecunia: ſed meri/
toꝝ ꝯpenſione oportuna ꝯpari. hoc eſt
quantum habes tantum vales. Deus
non tantũ dona reſpicit: ſed cor ⁊ inten
tionẽ donantis. ⁊ ideo ſcđm cordis tui
merita: deus retributionem tuam mag
nam vel paruam faciet. Nihil enĩ abſcõ
ditum eſt oculis eius quod non ſciatur
⁊ nihil opertum quod ſibi non reuelat̃
quoniam omnia intuetur. Quarta lex
inſtituit materiam auri ⁊c̃. id eſt diuici/
as huius mundi vilius apud deum re
putari q̃ꝫ aliquid alterius materie toti
us mundi. ſed acceptat preces ⁊ miſeri
as pauperuꝫ ſicut legitur de diuite epu
lone qui miſeriam pauperis lazari ⁊ vl
cerati non reſpiciens: necꝫ compatiẽs
poſtq̃ꝫ in iferno iacuit ſepultus ⁊ pauxil
lum aque a digito ſtillantis petĳt non
obtinuit. ſed flammis ⁊ cruciatibus per
petuis expoſitus ſemper vrit. ⁊ lazarꝰ ẽ
ab angelis propter ſuam patiẽtiam in
ſinu abrahe collocatus. Quinta lex de
dit regibus poteſtatem ⁊c̃. hoc eſt intel
ligendum ꝙ principes ⁊ prelati iam ha
bent ſubditos iudicare. ſed cauendum
eſt ne ſint muneribus corupti vt nõ rec
te iudicẽt. quia ſi fit: ea dẽ menſura qua
menſi fuerint ſcilicet iuſticiam vel iniu
ciam. remetietur eis per iudicem viuo
rum ⁊ mortuorum in extremo iudicio.
Quia moderni tẽpis iudices munera
pauperum vel diuitum quorumcuncꝫ
recipientes a iuſticia ita excecantur. ꝙ
viam equitatis ⁊ ſententie recte vix vi/
dere poſſunt. ſꝫ qui modo plus dederit

fortiorem cauſam: fauorabilioremq̃ ſen
tentiam: licet cõtra iuſticiam obtinebit
Sexta lex fundos omnibus equaliter
diuiſit. Hoc eſt. deus ab eterno inſtitu
it omnibus equaliter gratiaꝫ ſuam. ſm
ꝙ viderit hominem proficere Unde in
euangelio dicit. Petite ⁊ accipietis.
Item alibi dicit. Quodcunq̃ petieri
tis patrem in nomine meo credite quia
accipietis ⁊ fiet vobis Quia criſtus in
diuitijs eſt abundantiſſimus. Poſtq̃
digne a nobis rogatus fuerit: in mune
ribus expendẽdis eſt largiſſimus. Plꝰ
enim poteſt dare q̃ mens noſtra ſcit ro
gare. Septima lex ne diuitie cauſa ſint
luxurie propterea publica cõuiuia cele
brari inſtituit quia propᵗ diuitias mul
ti perierũt ⁊ ſunt multis cauſa quare in
luxuriam aut alia peccata mortalia ſepi
us cadunt propterea ſalomon dominũ
rogauit dicens. Diuitias ⁊ pauperta
tes ne dederis mihi. Octaua iuuenibꝰ
toto ãno vna ſola voluit vti veſte Quid
per hanc veſtem: niſi ſolam caritateꝫ in
telligimus que operit multitudineꝫ pec
catorum Per hanc enim veſtem poſſu
mus placere deo: qui ſuper omnia cari
tatem fraternam in nobis diligit. Ca
ritas teſte apoſtolo non agit perperam.
non querit que ſua ſunt. non emulatᵗ ⁊c̃
Sic nos in caritate radicati. non debe
mus ſolam noſtram ſalutem ⁊ ſaluatio
nem q̃rere: ſed ⁊ fratris noſtri debemꝰ
ſaluti prouidere per vitam exemplarem
aut bonam ammonitionem in viam rec
tam dirigere ne ſicut ouis errans a pa
ſtore pereat ſed paſcua vite celeſtis per
veſtem caritatis inueniat. Nona pue
ros pauperes ⁊c̃. id ẽ vt introducantur
in agrum eccleſie ſcd̃m merita ſua ad ꝓ
mouendum ſicut ceteri. quia deus eli
git pauperes in hoc mundo ipſos here
des regni ſui faciens vbi dicit. Beati
pauperes. Gloſa: Non omnes ſed ſpi
ritu Quoniam ipſorum eſt regnum ce
lorum. Item Pſalmiſta. Iſte pauper
clamauit ⁊ dominus exaudiuit eum ⁊c̃
Et quis eſt pauper ille? Gloſa. Spiri
tu. Pauper iſte laborat in agro id eſt in
hoc mundo. Quoniam agricultura dei
ſumus. ⁊ ad laborem a iuuentute naſci
mur ſicut auis ad volandum. Iob quin
to. ⁊ in vinea domini id eſt eccleſia la
borem penitentie ſuſcepimus ⁊ poſt con
ductionem conuentione facta: laboris
noſtri ſcd̃m merita vel demerita: glori
am vel penam in eternitate a diſpenſa
tore ⁊ patre familias Iheſu criſto reci
piemus. Decima ſtatuit virgines ſine
dote nubere id eſt bonos criſtianos ſine
dote id eſt amore mundano nubere cri
ſto. Sunt multi qui ſpontanea volun
tate caſtitatem vouent terrena deſpici
unt: vt celeſtia premia poſtmodum reci
pient. Undecima. Uxores eligi. id eſt
animas deo placentes ad eius ſeruitia
coaptemus. Nihil deo tantum placet
ſicut anima mũda que totaliter deo eſt
data. Duodecima. ꝙ quilibꝫ ſcd̃m me
ritum honores ⁊ diuitias obtinebit.
Sed videant principes ⁊ prelati alijq̃
rectores: ꝙ in ſeipſis prius opera meri
toria exerceant anteq̃ alios informent
Sicut de criſto dicitᵗ in euangelio. Ce
pit iheſus facere ⁊ docere.

De reuocatione peccatoris ad viaꝫ
penitentie.

Capitulum centeſimum ſeptuage
ſimum.

Vidaꝫ luſor
occurrit beato Bernhardo
equitanti dicens ei. Pa
ter volo tecum ludere ⁊ animam meam
volo ponere cõtra equũ tuũ. Qñ audiẽs

Sanctus bernhardus statim de equo
descendens: dixit. Si plura puncta q̄
ego proieceris: meus equus tuus erit.
si ego plura proiecero anima mea tua
erit. Lusor concessit. Statim taxillos
tres arripiēs octo puncta piecit. Quo
facto: frenum equi tanq̄ suum tenuit.
Ait sanctus Bernhardus. Fili adhuc
restat in trib9 taxillis pl9 q̄ istō. ꝛ acci
piens proiecit decē ꝛ octo puncta decē
puncta plus q̄ lusor. Quo viso: lusor
sub obedientia patris sui bernhardi se
dedit. ꝛ post vitam sanctam: fine felici
ad dominum migrauit.

Moralizatio.

Carissimi.

Lusor iste est
homo mundanus vanitati
bus deditus ꝛ subiect9. Sanctus bern
hardus est discretus prelatus siue con
fessor: qui habet cum tali tota pruden
tia ludere ostendendo ei vitam que est
ludus ꝛ gaudium anime. Equum suū
debet ponere id est cor suum ꝛ animam
laboribus exponere vt educat errātem
ad viam veritatis sicut ait apostolus.
Sicut cristus animā suam pro nobis
posuit: sic ꝛ nos debemus animas nr̄as
pro fratribus nostris ponere. Omnes
enim fratres sumus ab vno patre adā.
quare merito nos diligere debemus.
Tres taxilli sunt pater filius ꝛ spiritus
sanctus qui habent multa puncta id est
infinita gaudia: que debent ostēdi ꝛ pec
catori recitari. Unde in euangelio. In
domo patris mei māsiones multe sunt
Immo: tot sunt ibi gaudia ꝙ oculus
non vidit nec auris audiuit nec homi
nis cogitatio exprimere potest que pre
parauit deus diligentib9 se. Ibi requi
es sine labore: vita sine morte: gaudia
sine luctu ꝛ vt breuiter concludam. om
nis gaudij plenitudo ꝛc̄.

De dilectione ꝛ fidelitate nimia. ꝛ
ꝙ veritas a morte liberat

Capitulum. Clxi.

Petrus alphō
sus refert ꝙ erant duo mi
lites quorum vnus manēs
in egipto. alter in baldach Inter istos
duos: nuncij sepius perrexerunt. vnde
quicquid erat in terra egipti: miles de
egipto per nuncios ad militem de bal
dach misit ꝛ econuerso. sic ꝙ amor fi
delis int̄ eos factus est ꝛ nullus adhuc
alium vidit Miles vero de baldach cū
semel in stratu iacuisset intra se cogita
bat. Socius me9 de egipto mihi mag
nam amicitiam ostendit ꝛ nunq̄ ocu
lis carnalibus eum vidi vadam ad eū
ꝛ videbo. Conduxit nauem ꝛ venit in
egiptum. audiensq̄ amicus eius: obui
am ei perrexit ꝛ cum gaudio ad domum
suam duxit. Miles ille quandam puel
lam nimis pulchram in domo sua habe
bat. Quantum vidisset miles de bal
dach: captus est in oculis eius ꝛ pre ni
mio amore infirmatur. Miles vero de
egipto cum hoc percepisset: ait ei. Ca
rissime dic mihi quid tibi est. At ille.
Est puella in domo tua quam desiderat
cor meum tota mente intantum ꝙ nisi
eam habuero: filius mortis sum ego.
Miles cum hoc audisset omnes mulie
res domus sue ei ostendit excepta illa
puella. Ille cum omnes vidisset: ait.
De oīb9 istis par aut nihil curo sed ē
vna alia quā nō video quā diligit aīa
mea. In fine illam puellam ei ostendit
Uisa puella ait. Carissime: in ista sola
stat mors ꝛ vita mea. Ait miles. Et ego

dico tibi iſtam a iuuẽtute ſua in domo
mea nutriui ad hoc vt vxor mea eſſet ⁊
cum ea infinitas diuitias obtinerem.
Verumptamen tantum te diligo vt an
teq̃ moriaris: ipſam tibi in vxorem cõ
cedo cum omnibus diuitijs quas ego
recipere deberem Miles hec audiẽs ga
uiſus eſt valde. eam in vxorem accepit
cum qua diuitias multas obtinuit ⁊ ſic
ad patriam ſuam baldach cũ ↄiuge ſua
perrexit Poſt hec cito miles de egipto
ad egeſtatem magnam peruenit intan
tum: ꝙ nec domum nec aliquaȝ rem ha
bebat. intra ſe cogitabat. Ad quam me
lius potero accedere q̃ ad ſocium meũ
baldach quem ego ad diuitias promo
ui ⁊ ipſe me in egeſtate mea reſpiciat.
Nauẽ aſcẽdit ⁊ venit baldach ad quan
dam ciuitatẽ poſt ſolis occaſum in qua
manebat diues ſocius eius. Intra ſe
cogitabat. nox eſt ſi modo ad domuȝ ſo
cij mei pergam noticiam mei non habe
bit. quia male ſum veſtitus ⁊ nullum
mecum habeo vbi ſolebã magnam fa
miliam ducere ⁊ omnibus abundare.
Ait intra ſe. Nocte iſta quieſcam ⁊ die
craſtina ad eum pergam reſpexit verſus
cimiterium vidit oſtia eccleſie aperta in
trauit vt tota nocte quieſceret. Cum au
tem ibi fuiſſȝ ⁊ dormire volebat: in pla
tea quidã adinuicẽ pugnabãt ⁊ vnꝰ aliũ
occidit. Interfector vero ad cimiteriũ
fugit ⁊ ex alia parte exiuit Poſt hec ve
ro clamor factus eſt in ciuitate. Vbi eſt
interfector: vbi eſt proditor qui homi
nem interfecit. At ille. Ego ſum inter
fector qui illũ hominẽ interfeci. accipi
te me ⁊ in patibulum me ſuſpendite Il
li manus in eum iniecerunt ⁊ per totaȝ
noctem in carcere incluſerunt. Mane
vero campana ciuitatis erat pulſata.
Iudex contra eum ſententiam dedit ⁊
illum ad ſuſpendendum duxerunt. In
ter alios qui ſecuti ſunt eum erat miles
ſocius eius ad quem venerat. Cum ve
ro eum duci ad patibulum reſpexiſſet:
ait intra ſe Ille eſt ſocius meus de egip
to qui mihi vxoreȝ meam cum diuitijs
multis dedit ⁊ iam vadit ad ſuſpẽdium
⁊ ego viuam. Clamauit alta voce ⁊ dix
it. O cariſſimi: nolite innocentem in
terficere ille eſt innocens quem vos ad
mortem ibi ducitis. Ego vero ſum pro
ditor qui hominem interfecit ⁊ non ip
ſe. Illi hec audientes manus in eum in
iecerunt ⁊ ambos ad patibulum duxe
runt Cum vero ambo prope patibulum
eſſent: reus cogitabat Ex quo reus hu
ius factus ſum ego iſtos innocentes p
mittam mori: non poterit eſſe quin de
us aliquando vindictam de me ſumat.
melius eſt mihi hic pati breue ſupplici
um q̃ eternam penam ſuſtinere in infer
num. Clamabat voce magna. O cariſ
ſimi: nolite propter deum innocentes
occidere nullꝰ ex eis ſigno. verbo vł fcõ
conſilium dederat vt ille occideret qui
occiſus eſt. ſȝ ego ſum qui ꝓprijs ma
nibus eum occidi ideo me interficite ⁊
inocentes permittatis libere abire Illi
hec audientes manus in eum iniece
runt ⁊ admirabãtur ⁊ illos tres coram
iudice duxerunt. Iudex cum eos vidiſ
ſet admirabatur ⁊ ait. Quare reuerſi
eſtis. Illi vero totum proceſſum a prĩ
cipio vſq; ad finem retulerunt. Ait iu
dex primo militi. Cariſſime: qua de cau
ſa dixiſti ꝙ tu illuȝ hominẽ occidiſti At
ille. Sine fallacia vobis dicam In ter
ra mea in egipto locuples fui ⁊ in om̃i
bus abundans Deinde ad magnam e
geſtatẽ perueni intantum: ꝙ nec domũ
nec locum nec aliquam rem habui vere
cundia ductus terram iſtam intraui vt
ſi aliqđ remedium obtinereȝ ⁊ ideo dixi
ꝙ heieȝ ĩterfeciſſẽ q᷑ libẽtꝰ mori vellem
q̃ viuere ⁊ adhuc propter deuȝ peto vt
me occidas. Ait iudex ſecundo militi đ

baldach. Et tu cariſſime quare dixiſti
ꝙ hominem occidiſti. Qui reſpondit:
Domine miles iſte mihi vxorem cum
infinitis diuitijs dedit quam pro ſeipo
nutriuit per quem factus ſum diues in
omnibus. Cum vero ſocium meum
carum qui me ad tot ⁊ tanta promo
vidi ad patibulum duci alta voce
maui Ego ſum reus mortis eius
ipſe. quia libenter pro amore eiu
mori. Ait iudex interfectori. Q
cauſam dixiſti te hominem inter
Qui ait Domine verum dixi
iſſet peccatum ſi innocentes m
ſiſſez ⁊ ego viuerem. ⁊ ideo po
gi veritatem dicere ⁊ penam h
re qꝫ innocentes ſine culpa da
ego in inferno vel alibi puniri
Ait iudex. Quia veritatem d
nocentes ſaluaſti: ammodo ſi
tam tuam emendare mortē tib
vade in pace. Omnes audien
cium: iudicem laudabant ꝙ ta
dit iudicium. eo ꝙ veritatem
reus.

Moralizatio.

Cariſſimi.

Iſte impera
tor eſt pat celeſtis. duo
lites dominus noſter ihesus chriſt
adam. primus pater ihesus chri
egipto manens iuxta illud. E
vocaui filium meum. Adam
ter in agro damaſceno plaſ
Inter iſtos erat maxima
cios inter eos miſerunt
ad filium ⁊ ſpiritum ſanc
dicens. Faciamus hom
nem ⁊ ſimilitudinem n
miles de baldach ſcꝫ e
tranſlatus in domo d

leſecit ei. militem Tyrium cum eo acce
pit. Illa vero multis diebus planxit.
nec conſolari poterat. Cum tempus ad
nit filiu n pulcherrimum peperit ⁊ eũ
rime nutriuit Guido ⁊ Tyrius
a regna tranſierunt tandem regnũ
er infideles erat deſtructum. Ait
ſocio ſuo. Cariſſime ad illud re
rgere debes ⁊ regem contra in
otis viribus iuuare quia chri-
t. ego vero terram ſanctam in
ntra chriſti inimicos pugna-
redibo ⁊ ſic angliam intrabi-
gaudio. Ait Tyrius. Quid
⁊ mihi. Regnum illud intra
s fueris per me r̃deas vt ad
ſtram intrare poterimus At
ter tibi ꝓmitto. oſculati ſũt
n ſeparatione amare flebant
am ſanctam intrauit ⁊ tyriꝰ
uido plurima bella contra ſa
paganos commiſit ⁊ in om-
ctoriam obtinuit Unde fama
otum mundum volabat. Ty
ſimiliter omnes infideles de
icie expulit. multa bella commi-
toriam obtinuit. Rex eum ſup
dilexit ⁊ honorauit ⁊ ab omni po
o eſt intantum dilectus ꝙ rex euz di
uit. Erat tunc in regno quidam tyran
s ſtrenuus valde nomine Plebeꝰ:
yrio inuidebat ꝙ tam ſubito ad di
⁊ honores ꝓmotus eſſet. eũ de
apud regem accuſauit. ꝙ re-
no priuare intendebat. Rex
redens quia potens ac ſtrẽ
yrium omni honore ⁊ di-
ita ꝙ tyrius ad magnaz
enit intantum ꝙ vix ſu-
debat. Tyrius multuz
n ſolus eſt derelictus ⁊
imus fleuit amare ⁊ ait
aciam ego. Dum ſe-
ſolus ſpaciãdo gui-

do in forma peregrini ei obuiabat quē
cum Tyrius vidiſſet notitiam eius nō
habebat. ſed guido eum ſtatim agnouit
ſed ei qualis erat reuelare nolebat ⁊ di
xit. Cariſſime vnde es. Qui ait. de par
tibus longinquis ſum ego. ſed moram
per plures annos in iſto regno traxi. quā
dam ſocium habebam qui ſanctam ter-
ram intrauit. ſed ſi viuꝰ vel mortuꝰ aut
aliter quoquo modo ſecum fuerit omni
no nō eſt in mea notitia. Ait guido. Ob
amorem ſocij tui permittas me in gre-
mio tuo quieſcere vt parum dormiam
quia ex itinere laſſus ſum. Ille ei annu-
it. Cum ergo Guido in gremio ſuo dor
miret: Tirius vidit os eius apertum ⁊
vnam muſtelam candidam exire ⁊ ad
quendam montem iuxta eum intrare.
Cum vero ibidem per aliquot ſpacium
moram traxiſſet redijt ⁊ in os eius rein
trauit. Hoc facto. Guido eſt expergefa
ctus a ſomno ⁊ ait ei. Kariſſime vidi
ſomnium mirabile. Mibi videbatur
ꝙ vna muſtela de me exijt ⁊ in illū mō-
tē intrauit. ⁊ iterato in os meum intra-
uit. Ait Tyrius. Kariſſime ſicut in vi-
ſione vidiſti ita oculis meis reſpexi. ſed
quid muſtela in iſto monte fecerat peni
tus ignoro. Qui ait. Montem ambo
intrabimus. quia forte aliquid vtile in
ueniemus. Montem ergo intrabant
⁊ ecce draconem mortuum inuenerunt
ventrem eius auro plenum cum gladio
polito ſuper gladium erat ſuperſcriptio
talis. Per gladium iſtum miles Gui-
do deuincet Tyrij aduarſarium. Gui-
do cum iſtum draconem inueniſſet val
de eſt gauiſus ⁊ ait Tyrio. Kariſſime
totum theſaurum tibi do. ſed gladiū iux
ta me habere volo. Ait Tyrius. O do-
mine apud te nō merui vt mihi tale do
num dares. Et ille. Eleua oculos tuos
⁊ vide Ego ſum Guido ſocius tuus.
Ille vero hoc audiēs: intime eum reſpe

xit. ſtatim notitiam eiꝰ habebat: ad terrā
pre gaudio cecidit ⁊ amare fleuit ⁊ dix-
xit. Sufficit mihi de cetero viuere ex
quo ſemel vidi te. Et ille. Surge velo
citer potius de aduentu meo debes gau
dere ꝗ̄ flere. Pro te pugnabo contra
tuum aduerſarium. ⁊ ambo in angliam
cum honore pergemus. ſed videas an-
te omnia vt nemini qualis ego ſum di
cas. Surrexit Tyrius ſuper collum eiꝰ
cecidit ⁊ oſculatus eſt eum. Tyrius ve
ro ad domum ſuam cum auro perrexit.
Guido vero ad palacium regis ad ianu
am pulſauit. Ianitor vero cauſam pul-
ſationis queſiuit. At ille. Ego ſum pe
regrinus qui nouiter a terra ſancta veni
Statim introitum ei dedit ⁊ regi eſt p̄
ſentatus: iuxta latus regis tyrannus il
le ſedebat qui tyrium diuitijs ac hono
re priuauit. Ait rex. Qualis pax eſt in
terra ſancta. Et ille. Domine modo eſt
pax bona. multi vero ad chriſtianitatē
conuerſi ſunt. Qui ait. Vidiſti illū mi
litem de anglia Guidonem nomine: ꝙ
tot bella ibidem fecerat. Qui ait. Do
mine ſepius eum vidi ⁊ cum eo come
di. Et ille. Nunquid eſt tibi mentio de
regibus chriſtianorum. Ait peregrinꝰ.
Etiam domine de perſona tua Quomo
do: ſaraceni ac ceteri infideles regnum
tuum per multa tempora occupauerunt
⁊ per quendam militem nomine plebe
um Tyriū omni honore ⁊ diuitijs illū
nobilem militē priuaſtis ⁊ hoc iniuſte
de vobis iſta ibidem dicuntur. Plebe
us cum hoc audiſſet. Ait. Tu falſe pe
regrine qui iſta mendacia narras: nunc
dignus eſſes eū defendere. quia ſi ſic
contra te pugnarem. quia tirius ille pri
uare dn̄m noſtrum regem volebat a rg
no. Ait guido regi. Domine mi ex quo
ille dicit me famulum peregrinū eſſe ⁊
tiriū militem proditorem de veſtro bene
placito contra eum pugnabo, ⁊ cum

famulum ſuper corpus meum probabō
Ait rex. Mihi bene placet, immo te ro-
go vt a propoſito non deſiſtas. Qui
ait. Domine arma mihi concedas. Ait
rex. Quicquid indiges illud paratum
inuenies. Rex diem belli inter eos con
ſtituit. Rex timens ne peregrinus Gui
do per inſidias interim occideretur vo-
cauit filiam ſuam virgineʒ ⁊ ait ei. O fi
lia ſicut vitam tuam diligis peregrinuʒ
iſtum diligenter cuſtodias ⁊ omnia ne
ceſſaria inuenies. Illa peregrinum in
cameram ſuam itroduxit balneari fecit
⁊ eum ad libitum ſuuʒ habebat. Adeſt
dies belli. Mane plebeus armatus in
porta ſtetit ⁊ clamabat. Vbi eſt falſus
ille peregrinus. quare tantum tardat:
Ille hoc audiens armauit ſe. ambo ad
campum perrexerunt duos ictus adin-
uicem fecerunt intantum duros: ꝙ ple
beus fere ſpiritum emiſit niſi ipſe pocu
lum guſtaſſet ⁊ ait. O bone peregrine
me permittas ſemel aquam haurire.
At ille. Si mihi fideliter promittas
hāc curialitatē mecū agere ſi neceſſitas
requirit tibi concedo. Qui ait. Et ego
tibi fideliter ꝓmitto Ille vero ad aquā
acceſſit bibit quouſqꝫ ſaturatus eſſet.
ſtatim cū toto conamine in Guidonē
irruit adinuicem ambo viriliter pugna
bant intantum ꝙ Guido modo ſitiebat
⁊ ait. Cariſſime eandem curialitatē
quam tibi oſtendi iam mihi concedite.
quia vltra qꝫ credi poteſt ego ſitio. At
ille. Deo voueo ꝙ non guſtabis niſi
in manu forti. Guido enim hec audiēs
ſe defendebat inquantum potuit ad a-
quam appropinquauit. ⁊ cum prope a-
quam fuiſſet in aquam ſaltauit ⁊ hauſit
quantum volebat. Deinde aquam exijt
⁊ ſicut leo rugiens in eum irruit aliuſqꝫ
fugam petijt. Rex vero videns fecit
eos ab inuiceʒ ſeparari ⁊ illa nocte qui
eſcere vt die craſtina ambo ad belluʒ pa
rati eſſent. Peregrinus vero came
ram filie regis intrauit. Illa vero omne
ſolacium ei prebuit. vulnera eius liga
uit. Cena facta in lecto ligneo firmiſſi
mo eum requieſcere fecit. Ille vero ex
bello fatigatus incepit dormire Ple
beus ſeptem ſtrennuos filios habebat:
vocauit eos ⁊ ait illis. Kariſſimi vos
eſtis filij mei vobis denūcio niſi ille pere
grinus extinctus iſta nocte fuerit: ego
die craſtina īter mortuos computabor
fortiorem eo nunquam vidi. At illi.
Pater nocte iſta erit expeditus. Circa
mediam vero noctem omnibus dormi
entibus cameram puelle intrabant que
erat iuxta mare conſtructa: ita ꝙ aqua
maris ſub camera fluebat. Inter ſe di-
xerunt. Si eum in lecto occiderimus:
filij mortis ſumus. Omnes eum cum
toto lecto in mare proijciemus. ⁊ tunc
penitus a populo dicetur ꝙ fugam rece
pit, Et peregrinum dormientem recepe
runt ⁊ ipſum in mare proiecerunt. Pe
regrinus vero dormiebat ⁊ nihil perce-
pit. Nocte vero illa erat quidam piſca-
tor ſupra mare cum ſonitū lecti audiſſet
per lumen lune lectū reſpexit admiraba
tur: alta voce clamabat. Dic mihi pro
pter deum qualis es: vt potero te iuua
re antequam ſubmerſus fueris. Gui-
do audiens clamorem a ſomno eſt exꝑ
gefactus ſtellaſqꝫ in firmamento vidēs
admirabatur vbi eſſet. ⁊ cuʒ ſe in aqua
percepiſſet ad piſcatorem clamabat O
cariſſime adiuua me ⁊ dabo tibi merce-
dem. quia ſum peregrinus ille qui heri
in campo pugnabat. ſed quomodo ego
huc veni penitus ignoro. Piſcator
hoc audiens eum in nauiculam ſuam re
cepit ⁊ ad domum ſuam duxit ⁊ ipſum
in lecto quieſcere fecit. Veneruntqꝫ filij
plebei ad patrem ſuum: nunciabantqꝫ
ei ꝙ ſubmerſus fuiſſet vnde amplius
timere non debet. Plebeus nō mo-

dicum gaudens mane ſurrexit armauit
ſe. ad ianuam palacij acceſſit ⁊ clama
bat Illum peregrinum deduc foras vt
potero me de eo vindicare. Rex cum
audiſſet precepit filie vt eum excitaret
⁊ ad bellum ſe prepararet. Illa vero
ad lectum eius acceſſit ⁊ non inuenit.
Puella vero amare fleuit ⁊ ait. Heu
mihi theſaurus meus mihi eſt ablatus
denuncianſqꝫ patri ꝙ eum non inuenit
Rex vero contriſtatus eſt valde. Sed
cum lectum non inuenerunt: admirati
ſunt.. Aliqui eum fugam accepiſſe dix/
erunt. Aliqui ꝙ iugulatus fuiſſet. Ple
beus in porta continue clamabat. Educ
foras peregrinum tuum quia caput ſu/
um hodie regi preſentabo. Dum vero
in palacio de peregrino facta eſt queſtio
vnde deuenit. venit piſcator ad regeꝫ ⁊
ait. Domine nolite contriſtari nocte
iſta in mari piſcando eram ⁊ peregrinū
in mari proiectum inueni quem accepi
⁊ in domum meam introduxi ⁊ eū dor/
mientem dimiſi. Rex cum hoc audiſſꝫ
gauiſus eſt valde miſit ad eum vt ſe ad
bellum prepararet. Plebeus cum au/
diſſet ꝙ mortuus non eſſet timuit val/
de inducias belli a rege petijt. Rex vero
inducias vnius hore ei concedere nole
bat. Ambo campum intrabant duos ic
tus dederunt. ſed in tercio ictu Guido
brachium eius amputauit. Deinde ca
put ⁊ regi preſentauit. Rex vero gaui/
ſus eſt valde ꝙ peregrinus tam glorio/
ſe triumphauit. ⁊ cum audiſſet ꝙ filij
plebei eum in mari proiecerunt: eos in
patibulo ſuſpendi fecit. Peregrinꝰ ve
ro licentiam a rege accepit. Ille vero
donaria multa ei obtulit vt ſecum ma/
neret. ſed ille nolebat ei conſentire au/
rum ⁊ argentum in magna quantitate
dedit: qui omnia tyrio ſuo dedit ⁊ eum
cum rege in priſtino gradu ⁊ in diuitijs
multis inſtituit ⁊ vale regi fecit. Rex

vero ei ait Cariſſime: propter deum vo/
num a te peto antequam recedas dicito
mihi quod eſt nomen tuum: At ille.
Domine Guido vocor: de quo ſepius
audiuiſti. Rex vero hoc audiens ceci/
dit ſuper collum eius magnam partem
ei promiſit regni ſui: ſi moram cum eo
traheret. Ille nullo modo volebat ei cō
ſentire. ſed oſculatus eſt regem ⁊ ab eo
receſſit. Guido vero angliam intrauit.
⁊ ad proprium caſtrum perrexit. ante
portam pauperes ſedētes in magna mul
titudine inuenit ⁊ inter eos in forma pe
grina comitiſſa vxor eius ſedit perſona
liter. ſingulis diebus miniſtrabat ⁊ cui
libet paupi denariū dedit dicens. Ora/
te pro domino meo Guidone vt ante/
q̄ꝫ moriar gaudium de eo habeam. ⁊ vt
feliciter ad me reuertatur. quoniam ad
terram ſanctam diu perrexit Accidit
eodem die ꝙ filius eius qui ſeptem fu
it annorum ſplendide indutus eſſet ⁊
matrem inter pauperes ſequebatur.
Filius vero cum audiſſet matrem cuili
bet pauperi dominum Guidonem no/
minare ait O mater eſt ille ne pater me
us quem pauperibus iſtis ſic recommē
das. At ille. Etiam fili mi. Tercia noc
te poſtq̄ꝫ te concepi. a me receſſit ⁊ am/
plius eum non vidi. Cum vero domiā
inter pauperes per ordinem ambularꝫ.
venit ad virum ſuum Guidonem ⁊ ele
moſinam ei dedit. ſed qualis eſſet peni
tus ignorabat. Ille vero caput ſuum ī/
clinabat ne agnoſceretur. Domina cum
ad alios pauperes ambulaſſet: filius ſe
quebatur. Guido qꝫ oculos ſuos ele/
uans videnſqꝫ filium ſuum quem ante
nondum viderat non poterat ſe conti/
nere: filium inter brachia accepit ⁊ oſ/
culatus eſt filium ⁊ ait. O fili dulciſſi
me dominus deus tribuat tibi gratiam
deo placere. Domicelle videntes pe
regrinum ei oſculū tradere: vocatus ē

vt amplius ibidem non ſtaret. Guido ad vxorem acceſſit ⁊ locum in foreſta petijt vt ibi poterit ſp ꝑmanere. Illa videns eum peregrinum pro dei amore ⁊ viri ſui locum ei conſtruxit. ibidem per multa tempora permanſit. Cum autem ad mortem appropinquaret: famulum ſuum aduocari fecit ⁊ ait. Ito cariſſime feſtinanter ad comitiſſam ⁊ iſtum anulum ei trade ⁊ dicito. ſi me deſiderat videre ſtatim ad me veniat ſine vlteriori dilatione. Nuncius ad dominũ perrexit ⁊ anulum ei oſtendit. Viſo anulo: alta voce clamabat Iſte eſt anulus domini mei. Agili curſu ad foreſtam perrexit ⁊ anteꝗ̃ venit Guido eſt defunctus. Illa vero ſuper cadauer cecidit alta voce clamabat. Heu mihi. ſpes mea perijt. ⁊ lamentationes ⁊ ſuſpiria emiſit dicens. Ubi iam ſunt elemoſine mee que ꝓ domino meo feceram omni die. Uidi dominum meum elemoſinam de manibꝰ meis accipere ⁊ eum non cognoſcebam Uidiſti enim filium tuum ante oculos tuos palpaſti oſculatus fuiſti nec mihi nec ſibi indicaſti: quid feciſti. O Guido guido amplius te non videbo. Cum maximo honore corpus ſepulture tradidit. ⁊ mortem eius per multos dies planxit.

Moralizatio.

Cariſſimi.

Ex iſtum militem deum intelligere debemus qui multa bella fecerat. primo in celo quando demones expulſit ſicut ſcriptum eſt. Factum eſt prelium magnum in celo. deinde in terra ſepius quando pharaonē ⁊ exercitum eius ꝓiecit in mare. Et in paraſceue ⁊ hoc totum propter amorẽ puelle. id ẽ anime. deinde tyrium ſecũ duxit. id eſt hominez aſſumpſit. vt infideles id eſt vicia de regno corporis expelleret. ⁊ virtutes plantaret tyrium id eſt moyſem conſtituit vt populum ſuũ ad vitam rectitudinis duceret. Deinde guido de terra ſancta venit quando filius dei de celo deſcendit ⁊ tyrium vagãtem ſcȝ totum genus humanum in via perditionis inuenit. quia quotquot ante eum venerunt ad inferna deſcenderẽt dormiuit in gremio noſtro quando noſtram humanitatem aſſumpſit de virginis vtero. Muſtela exijt ⁊ montem intrauit ⁊c̃. id eſt Iohãnes ⁊ alij prophete de eius aduentu ꝓphetabant in montem id eſt in mundum intrauerunt verbum dei predicando ſicut teſtatur d̃ Iohanne. Ecce mitto angelum meum ⁊c̃ poſt hec redijt ad xp̄m cum dixit. Ecce agnus dei. Chriſtus vero inuenit draconem mortuuz. .ſ. legem antiquã conculcatam per cerimonias. ⁊ cum in ea theſaurum ĩuenit ſcȝ decem precepta q̃ homini dedit cum gladio poteſtatis diẽ latuit quã ſibi retinuit ſicut ſcriptuȝ ẽ Iudicium meum alteri non dabo. per iſtũ gladium plebeum tyrannum interfecit qui tyriuȝ id eſt hominem ab honore ⁊ diuitijs priuauit. quando primum patrem tranſgredi fecit. pugnauit fortiter in campo iſtius mundi ⁊ per vnam virginem ſcȝ beatam virginem mariã armis humanitatis erat armatus. Sed ſeptem filij id eſt propter ſeptem peccata mortalia de celo deſcendit ⁊ cum eo ſemper fluit ⁊ in mare iſtius mundi proiectus. vbi piſcator ſcȝ ſpũſſanctus ſuꝑ eũ deſcendit ⁊ ſemper cum eo fluit. ⁊ in fine dyabolum deuicit ⁊ victoriam regi id eſt patri celeſti preſentauit. ⁊ ſic ad terram ſuam. i. celum ſe tranſtulit ⁊ nobis anuluȝ fidei ſue reliquit. per quã poterimus ad eternam patriaȝ peruenire. Guido cum ad patriam ſuam venerat incognitus erat. ſic filius dei in celũ intrauit. parentes ſui .ſ. angeli aliqui

aliqui qualis eſſet et penitus ignorabant Unde dicebant. Quis eſt iſte qui veīt de edom tinctis veſtib⁹ de boſra. Unde debemus patrem noſtrum oſculari. ſcꝫ orationem ei infundere quia ipſe pater noſter ē. Unde ī deut᷑. Anteqꝫ eſſes ipē eſt pater tuus ⁊c̄. Studeamus ergo patrem noſtrum xp̄m ſequi per opera miſericordie ⁊ per conſequens veniemus ad eterna gaudia.

De ſarcinis ⁊ grauaminibus mūdi ⁊ gaudijs celi. Ca. clxxiij.

Accidit ſemel ꝙ rex quidam ad nundinas perrexit ⁊ ſecum quendam magiſtꝝ cum diſcipulo ſuo duxit: qui ſtantes in foro octo ſarcinas viderunt venditioni expoſitas. De quaꝝ pria diſcipul⁹ magiſtrum interrogauit. quale preciuꝫ paupertas. ſ. ⁊ tribulatiões propter deum requireret: qui ait. Regnum celoꝝ. D. Grande precium eſt. Amoueat ſecundam ⁊ videamus quid intus habeat. M. Manſuetudinem. Beati inqt mites. Diſ. Preclara res ⁊ deo digna manſuetudo: cuius precij eſt. M. Non dabitur aurum obriſum pro ea. nec appendetur argentum pro commutatione eius. ſed terram requiro non niſi terraꝫ deſidero pro ea. Diſci. Ab india vſqꝫ britaniam terra ſpacioſa eſt ⁊ cultorib⁹ indiget: accipe quantum placet. Magiſter. Nequaqꝫ. hec terra eſt morientium que deuorat habitatores ſuos. moriuntur in ea homīes: ego vero quero terraꝫ viuentium. Diſcipulus. Quid perpendo ꝙ moriuntur ⁊ tu inuitus morieris. viuere vis in eternuꝫ. Ecce beati mites quoniā ipſi poſſidebunt terram Tercia quid continet. Magiſter. Eſuriem ⁊ ſitim. Diſcipulus. Quomō poſſunt hec compari. M. Juſticia illi nomen eſt. Beati qui eſuriunt ⁊ ſitiunt iuſticiam: quoniam ipſi ſaturabūtur. Diſcipulus Saturaberis ergo ⁊ proueniet tibi iuſticia ſi non interfuerit negligentia. Quarta quid continet. Magiſter. Lacrimas fletus ⁊ ploratus.. irriguum ſuperius ⁊ irriguum inferius. Diſcipul⁹. Luctus ⁊ fletus non ſolent emi: redimi tamen. quia hoc precium deſiderant ſācti. Beati qui lugent quoniam ipſi conſolabūtur. Quintus ille ſacculus quid habet. Magiſter rem precioſam. miſericordiam: quam tibi placere perpendo Ne te protraham. pro miſericordia volo miſericordiam pro temporali eterna Diſcipulus. Non es bonus rerum arbiter. Pro temporalibus enim nunqꝫ accipies eterna: niſi pro te ageret miſericordia. Ipſa tamen fiet tibi ſcd̄m fideꝫ tuam. Et beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Sed iam paupertatibus ⁊ miſerijs ⁊ tribulationibus abundamus. Reuolue ſextū ſi forte quid melius contineat. Magiſter. Plenus plane. ſed hoc non amat publicum vt purpur. Sed in ſecreto cubiculo videbitur. ibiqꝫ de premio eius taxabitur. Diſcipulus examinati ſum⁹ Quid nam eſt modo. Magiſter. Mūdicia eſt cordis precioſa. ibi ⁊ vaſa aurea ⁊ argentea continentur. ſcilicet pietas. bonitas. miſericordia. charitas. ⁊ gaudium in ſpiritu ſancto. Hinc p̄cioſa illa pallia explicabuntur. vt ſunt lectiones. meditationes. orationes. cōtemplationes. Judicia domini vera iuſtificata in ſemetipſa: deſiderabilia ſuper aurum ⁊ lapidem precioſum multum. Diſcipulus. In cuſtodiendis illis retributio multa. Pete igitur quid vis. Magiſter. Viſionem dei. Diſcipulus Beati ergo mundo corde qm̄ ipſi deuꝫ videbunt. Euolue ſeptimā. Magiſter

Pacem continet. D. Pacem tuā mi
hi venditurus es. M. Nō mee expedit
paupertati nec me iuſticie compe͡tit nec
decet diuitias tuas vt gratis a me ali/
quid accipias. ſed iam te in omnibus
largiente abundo. Unde quid ſupereſt
Homo ſum ruſticus ⁊ ignobilis ⁊ de
luto factus. de limo terre compactus.
tedet me ignobilitatis mee. nolo mihi
vlterius improperari. terra es ⁊ in ter/
ram ibis. ſed potius volo mihi dici. ce
lum es ⁊ in celum ibis. ſortem filiorum
dei deſidero. filius dei eſſe concupiſco.
Diſci. Dixi fateor nec diffiteor beati
pacifici: quoniam filij dei vocabuntur.
Si igitur filiorum ſeruas charitatem
paternam habebis hereditatem. Jam
vltima reſtat ſarcina: explica eam. Ma
giſter. Non habet niſi tribulationes ⁊ p
ſecutiones pro iuſticia. Diſcipulus Et
quid pro his exigis. M. Regnum ce/
lorum. D. Jam pro premio vel precō
paupertatis id eſt conceſſi. M. Utiqꝫ:
ſed menſis ex menſe. ſabbatum ex ſab/
bato. extras: deſidero preſenti ebdoma/
vel menſe: quod reſiduum eſt expecto.
D. Miror in negociando prudentiam
tuam: ⁊ nunc audi. Serue bone ⁊ fide
lis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis ſupra
multa te conſtituam. Jntra in gaudium
domini tui. Labores manuū ⁊c̄.

Qđ natura docet nemo tollere pōt
⁊ de talione ingratitudīs. Ca. clxxiiij.

Widā impe
rator poſt meridiem ad ve/
nanduz equitabat. Accidit
ꝙ tranſiret per quandam ſiluam ⁊ inue
nit quendam ſerpēntem a paſtorib⁹ cap
tum ⁊ ad arborem fortiter alligatum.
Serpens vero horribiliter clamabat.
Jmꝑator pietate motus ſoluit eum ⁊
in ſinu poſuit vt eum calefaceret. Cum
autem eſſet calefactus: incepit eū mor
dere ⁊ venenum ſuuz in eum effundere.
Ait imꝑator. Quid facis. Cur maluz
ꝓ bono reddis. Data eſt vox ſerpenti vt
quondam aſine balaam ⁊ ait. Quod
natura docet nemo tollere poteſt. Tu fe
ciſti quod in te fuit. ego vero ſcđm natu
ram meā feci. Tu oſtendiſti mihi omnē
humanitatē quam potuiſti ego vero rđ
didi tibi omne quod in me eſt. Uenenū
obtuli: quia nihil aliud ꝙ̄ venenū ha/
bui ⁊ ſemper ero inimicus homini quia
propter hominē ſum punitus ⁊ maledi
ctus. Jllis ſic contendētibus vocatus ē
quidam philoſophus vt inter eos iu/
dex eſſet ⁊ iudicium rectum diſcerneret
Ait phūs. Jſta ſolum per relatum ⁊ di
ctum veſtrum audio. ſed ſi viderē ip
ſam rem de qua dicitis iudicarem. Uo
lo vt ſerpens ligetur ad arborem pariſor
miter ſicut prius ligatus fuit ⁊ dñs im
perator ſit liber. tunc iudicabo pro vtra/
qꝫ parte. Quod ⁊ ſic factū eſt. Tūc ait
phūs ſerpenti. Jam es ligatus: ſoluas
teipſum ſi potes ⁊ recedas. Ait ſerpēns
Non poſſuz quia tā fortiter ligatus ſuz
vt vix me mouere valeo. Ait philoſo/
Morieris ergo iuſto iudicio. quia ſem
per ⁊ vſqꝫ modo ingratus fuiſti homini
⁊ ſemꝑ eris. Poſt hoc conuertit ſe ad ī
peratorem ⁊ ait.. Domine iam liber es
venenum de ſinu tuo excutias ⁊ ꝑge vi
am tuam. Amodo de tali fatuitate te n̄
intromittas. q2 ſerpens nihil aliud pt
facere niſi qđ natua ei dedit. Jmꝑator
hoc audiens dedit grās phō: qui tā rec
tū iudicium dedit ⁊ abſceſſit.

Moralizatio.
Cariſſimi.

Jſte impera
tor poteſt dici quilibet bon⁹
chriſtianus ⁊ vir eccleſiaſticus. ſicut eſt

bonus prelatus qui habet continue ve/
nari circa ſalutem animaꝝ. Unde opoꝛ
tet ꝙ tranſeat ꝑ ſiluam. Jſta ſilua mū
dus dicit̃. in quo inuenit ſerpentẽ liga
tum. Serpens ẽ diabolus qui ꝑ chꝛiſti
paſſionem intm̃ eſt ligatus ꝙ nihil po
tuit niſi ꝑmiſſiue hoc eſt īquantū homo
qui eſt libere voluntatis eū temptare ꝑ/
mittit ⁊ ei cōſentit. Miſer ꝫo hō non
premeditans de futuris: ſoluit dyabo/
lum. ⁊ in ſinū ſuum ponit: quotiens in
peccato moꝛtali iacet ⁊ in eo delectatur
Quid ergo facit diabolus Certe ꝓijcit
venenū in coꝛde illius hōis. Venenum
diaboli ẽ peccatū peccato addere. ⁊ ma
lū malo cumulare Jſto veneno plures
hodiernis tempoꝛibꝰ inficiunt̃ Quidā
cum ſunt in peccato luxurie non ſolum
apud ſe incontinētes ſunt: ſed ⁊ alios
malo exemplo ad ſimile peccatū indu/
cunt. Alij venenū illud peſſimū a fauci
bus dyaboli diffuſum detractionis .ſ.
ita abundāter recipiunt: ꝙ cū ſeipſos ī
toxicatos conſpiciunt: non ad clamoꝛẽ
alicuius adiutoꝛij ꝑ confeſſionẽ vocife
rant ſed vt alij ad venenum hoc hauriē
dum ac alijs miniſtranduʒ vlterius ac
cedant. De iſtis detractoꝛibus p̃s. ait
Venenū aſpidum ſub labijs eoꝝ. Jtẽ
alibi. Lingua eoꝝ gladiꝰ acutus. Jſtō
venenum ẽ ita deteſtabile: ꝙ vix aliqͦd
malum veneno detractiōis compari po
teſt. Unde Ambꝛo. ait. Deterioꝛes eī
ſunt qui bonam famam alijs ſurripiūt
q̃ʒ qui bona eoꝛum violenter rapiunt.
bona autem poſſunt eis reſtituere famā
autẽ nunq̃ʒ. Melius eīm eſt nomen bo/
num q̃ʒ vngēta precioſa. Jnimicus er
go noſter dyabolus peccati venenuʒ ſꝑ
in nobis ſundere ſtudet. quia natura ſua
mala eſt ⁊ ergo bonū facere non poteſt.
⁊ inimicicie ſunt inter diabolū ⁊ hōiem
ab initio. Sed peccatoꝛ diabolum liga
tum ſoluit qn̄ peccatum immiſſum per
temptationem: opere ꝑficit. Solutio/
ne facta inimicū ſuum in gremio fouet
qn̄ peccatū continuat̃ ⁊ peccatoꝛ per cō/
ſuetudinem in eo manet. qͦd graue eſt ⁊
ad vltimuʒ in deſperationis baratꝝ im
mergit ⁊ ſubducit. Paſtoꝛes qui iſtuʒ
ſerpentem .i. dyabolum ligabant: ſunt
ꝓphete. patriarche. apoſtoli. ⁊ alij mo/
derni eccl̃ie doctoꝛes ⁊ p̄dicatoꝛes. q̄ eū
vinculo lingue eoꝝ ita ligant: ꝙ ptātẽ
nullam exercere p̄t. ⁊ ꝑ vitam ſanctam
⁊ opa miſericoꝛdie ⁊ cū dn̄ica oꝛatōne
poteſtatẽ ei oēs ſubtrahunt. Sed miſ̃
homo qui non timet deū contra dyabo
lum non pugnat: nec eū ligat. ſed vt po
tius eū ſoluat peccata moꝛtalia cōmittẽ
do: ⁊ in gremiū eum recipiēs fouet. Et
tūc eſt plenus veneno peccati in coꝛpe
⁊ aīa. Si ergo deſideras liberari voca
ad te philoſophū .i. diſcretū confeſſo/
rem qui habet iudicare inter te ⁊ diabo
lum: qui ſcit diſcernere inter lepꝛam ⁊
non lepꝛā. inter peccata ⁊ peccatoꝝ ge
nera. cui pandas coꝛ tuum. Sed nullꝰ
poterit iudicare: niſi prius diabolus ſit
ligatus: Et quō debet ligari. Certe tri/
plici cathena .ſ. contritionis. cōfeſſiōis
⁊ ſatiſfactionis. Quia teſte p̄ſ. Coꝛ cō
tritum ⁊ humiliatū deus nō deſpicies
qꝛ nō vult moꝛtẽ peccatoꝛis ſed vt ma
gis conuertatur ⁊ viuat. ꝓpterea pecca
toꝛ hanc triplicem cathenā quotienſcū
q̃ʒ ſibi aliqͦd peccatuʒ obijcitur: ad col
lum diaboli debet extendere: ⁊ eum ſic
ad deſiſtendum compellere. Aduerſari
us iſte eſt qui tanq̃ʒ leo rugiens circuit
nos querens quem deuoꝛet. ideo hu/
mano generi aduerſatur: quia locuʒ vn
de ipſe cum ſocijs ſuis per peccatuʒ ce/
cidit: vt peccatis renouatis homo ſimi
liter eundem amitteret ⁊ gratiam cele/
ſtium non obtineret. quare omnia pec/
cata quāq̃ʒ minima: ⁊ per confeſſioneʒ
non deleta: ad faciem nobis oſtendet

in extremis. propterea huius cathene
capiamus partem ſecundam ⁊ ad collū
eius ligemus vt ſic vinctum ducere po
terimus per confeſſionem: qui in nr̄am
perpetuam laborat confuſionem. Tunc
confeſſor dabit nobis remedium ſalu
bre de tercia parte iſtius cathene ſcilicȝ
penitentie ac ſatiſfactionis ⁊ dicet. Iaȝ
liberatus es a diabolo vade in pace. hoc
eſt. Noli amplius vnq̄ȝ peccare. Ro-
gemus ergo dominum noſtrum Iheſū
chriſtum. ⁊c̄.

De diuerſitate ⁊ mirabilibus mun
di cum expoſitione incluſa.
Capitulum. clxxv.

# Narrat Plini

us q̄ aliqui homines ſunt
canina capita habētes qui
cum latratu loquūtur: ⁊ veſtiuntur pel
libus animalium. Tales enim ſignifi
cant predicatores: qui quidem omnes
animalium pellibus debent veſtiri id ē
aſpera penitentia propter bonum exem-
plum alijs dandum indui debent. Iteȝ
In india ſunt quidam homines qui tā
tum vnum oculum ſupēr naſum habēt
in fronte. ⁊ carnes animalium come-
dunt. Iſti eniȝ deſignant homines qui
tantum vnum oculum rationis habent
ſcilicet quo in fronte vtuntur ⁊ non vo
luntate. Item In libia ſunt alique
femine ſine capite. os ⁊ oculos haben-
tes in pectore. Tales enim femine de-
ſignant homines qui volunt humiliter
obedire ex corde non habentes pectora
leuia. Et quicquid extrinſecus facien-
dum eſt in opere: prius bn̄ ⁊ prudēter de
liberant in corde. In oriente enim
contra paradiſum terreſtre ſunt homi
nes nihil omnino comedentes. quia
os tam modicuȝ habent: vt calamo po
tum ſumant. De odore enim pomoruȝ
⁊ florum viuunt. Ex odore etiam malo
ſubito moriuntur. Iſti quidem homi-
nes dſignant clauſtrales: qui precipue
contra cibum ⁊ potum debent ſobrij eſ-
ſe. ⁊ hoc eſt modicum os habere. Et cū
calamo id eſt cum diſcretione ſumere
cibum ⁊ pōtum. Tales enim debent ex
odore pomorum ⁊ florum id eſt precep
torum ⁊ bōnarum virtutum ſpirituali-
ter viuere. ⁊ ſic alijs hominibus modū
viuendi in caſtitate ⁊ percimonia ⁊ ce
teris virtutibus prebere. Sed de odo
re malo id eſt peccato cito moriuntur.
Quia q̄ȝ citò peccatum perpetratur: ho
mo chriſto ſaluatori noſtro moritur.
Itēm. Ibidem etiam ſunt homines
ſine naſo facie plena. ⁊ quicquid vidēt
hoc totum bonum putant. Tales eniȝ
homines deſignant ſtultos ſine naſo
diſcretionis: ita q̄ totum eis bonum eſ
ſe videtur quod vident ⁊ ipſi faciunt.
Sunt etiam ⁊ ibidem homines habē
tes naſum ⁊ labrum inferius tam lon-
gum: q̄ totam faciem cooperiunt dor-
mientes. Tales quidem homines de
ſignant iuſtos: qui habēt inferius ſcili
cet ad mundum magnum labium con-
ſiderationis attendentes mundi vani
tatem detractionis ⁊ mendacij. tamen
per labium cuſtodie protegunt totam
faciem id eſt totam vitam per iugeȝ me
ditationem ne in peccatis dormiant.
In ſichia ſunt homines habentes
tam magnas aures vt tegant per illas
totum corpus. Hij deſignāt illos: qui
libenter audiunt verbum dei. per quod
poſſunt animaȝ ⁊ corpus a peccatis cu
ſtodire. Item aliqui ſunt qui vt pēco-
ra ambulant Et ſignāt illos qui nec de
um nec ſanctos eius honorant. ſed vt
pecora ⁊ iumenta irrationalia de pecca-
to in peccatum ambulant. Cōtra quos
dicit p̄s. Nolite fieri ſicut equus ⁊ mu
lus in quibus ⁊c̄. Item aliqui homines

ſunt cornuti: naſo breui pedibus capri
nis. Tales ſunt ſuperbi qui in omni lo
co cornua ſuperbie oſtdūt. ⁊ habēt par
uum naſū diſcretionis ad ſalutē ꝓpriã:
ſed habēt pedes caprinos curren do ad
luxuriã. Caprea enī velociſſimi curſus
eſt: ⁊ ad aſcenſum ꝓna. Applica ad ſuꝑ
bos. Jn ethiopia ſunt hoīes tm̄ vnū pe
dem habentes: tāte tñ velocitatis ſunt
vt beſtias curren do inſequant᷑. Hij ſūt
illi qui hn̄t tm̄ vnum pedē ꝑfectionis er
ga deū ⁊ ꝓximū. ſ. pedē charitatis. Ta
les ſunt veloces ꝓ illus regnū celeſte Jn
india ſunt pigmei duoꝝ cubitorum ī lō
gitudine equitantes ſuꝑ hircos ⁊ cum
gruibꝰ preliantes. Hij deſignant illos
qui ꝑui ſunt in lōgitudine bone vite in
choantes ſed non ꝑſeuerantes. ⁊ non
viriliter contra grues. i. vitioꝝ ſordes
pugnant. Jn india etiā ſunt aliqui ho
mines ſex manus habētes. nudi ⁊ pilo
ſi in flumine morātes. Homines cum
ſex manibꝰ deſignant ſtudioſos. qui la
borant vt vitā eternā obtineāt. pſ. Ani
ma mea in manibꝰ meis ſꝑ. Per hoīes
nudos intelligunt᷑ peccatores ꝟtutibꝰ
ſpoliati: qui morant᷑ in flumine iſtiꝰ mū
di. Jbidē ſunt hoīes in manibꝰ ⁊ pedi
bus ſex digitos habentes. ꝑ ſeptima
nam ab omni pollutiōe peccati ſe cuſto
diunt ⁊ dieꝫ ſeptimū omnino celebrāt
⁊ totaliter ſanctificant. Et mulieres cū
barbis vſqꝫ ad pectus: ſed capite earū
plano. Jſte deſignant hoīes iuſtos pla
nam viā mandatoꝝ eccłie obſeruantes
qui amore vel odio non flectūtur Jn e
thiopia ſunt hoīes quatuor oculos ha
bentes. Et deſignāt illos qui timēt deū
mundū dyabolū ⁊ carnem. Vnū ocu
lum dirigunt ad deū recte viuendo. ⁊
quō debeant ſibi placere. Secundum
ad mundū quō debeant eū fugere. Ter
cium ad dyabolum quō debeant contra
eū ſtare. Quartū ad carnem quō debe
ant eā caſtigare. Jn europa ſunt hoīes
formoſi: ſed capite ⁊ collo gruitio cum
roſtris. Jſti deſignāt iudices qui debēt
habere ad modū gruis collum lōgum:
vt prius prudēter cogitēt in corde que
ꝑ ſentenam ꝓferenda ſunt in ore. Si
ſic eſſent omnes iudices: non tāꝫ ⁊ tot
male eſſent ſententie.

De medicina ſpiritali.

Capitulum. clxxvi.

Quidam pu
er erat natus ab vmbilico
⁊ ſurſum diuiſꝰ ita ꝙ habe
ret duo capita ⁊ duo pectora: ⁊ qđlibꝫ
ꝓprios ſenſus: ita ꝙ vno dormiente vel
edēte: alter non dormiebat. Poſtqꝫ ꝑ
duos annos vixiſſent: mortuꝰ eſt alter:
altero in tercium diē ſuquiuente. Jteꝫ
ſicut dicit Pliniꝰ. Erat quedā arbor ī
india cuiꝰ flores dulcē habēt odorem ⁊
fructus saporē. Juxta cuius ſitū mane
bat quidā ſerpēs qui iacorlus vocabat᷑
qui odorē arboris multum odit. Et iđ
vt flores ⁊ fructus deſtrueret: ad radi
ceꝫ arboris veniēs illā intoxicauit. Qđ
vidēs ortulanus illiꝰ patrie tyriacaꝫ ac
cepit. ⁊ in quadaꝫ virge ſummitate ad
ramos arboris illiꝰ ſupmos infudit q̄ ci
tó venenū expulit a radice iſtā ⁊ arborē
ſterilē fructificare fec̄. Moralizatio.

Cariſſimi.

Er iſtum pu
erū intelligi pt quilibet hō
qui conſtituit᷑ ex duobꝰ. i. corpe ⁊ aīa ⁊
quelibet ps ſua ꝓpria hꝫ opa. Gala. v.
Opera carnis ſunt īmūdicia fornicatio
luxuria. ydoloꝝ ſeruitus. Opera anime
gaudiū ⁊ pax in ſpū ſancto patientia.
longanimitas ⁊ hmōi. Jſta opa ſibi inui
cem aduerſant᷑. vna dormiēte vel come
dente: altera contrariū ſꝑ facit. qꝛ caro
concupiſcit aduerſus ſpm̄: Qñ enī aīa

quieſcit ab operib9 que ſua ſunt: tūc ca/
ro non quieſcit immo ſollicita eſt circa
opa ſua mala ꝛ ꝑuerſa. ꝛ ſic vna ps eſt
mortua altera viua. q2 caro facit opera
mortis. aīa concupiſcit opa vite. Per
iſtā arborem intelligi pt homo. fructus
huius arboris ſunt bona opa. Vn̄ mat.
v. A fructib9 eoꝝ cognoſcetis eos. Fru
ctus dulces ꝓtulit hec arbor ante pecca
tū ſicut dicit ſapiens. Flores mei fruc/
tus honoris ꝛ honeſtatis. Hos fructus
ſerpens antiquus ſuſtinere non potuit.
ſed venenū impoſuit in radice dū pecca
tum poſuit in primo parente: tūc ſic in
fecta fuit arbor iſta ꝙ fructū dulcē ferre
nō potuit. q2 ꝑ opa quantūcūq3 merito
ria: homo celū ingredi non potuit. ſed
ad multa annoꝝ milia tanq3 exul ab he/
reditate vera ꝓfugus ꝛ ꝓpulſus exula/
uit. donec ſapiēs ortulanus. i. pater ce/
leſtis tyriacā īfudit ī vna virga h9 arbo
ris. Hec ꝟga eſt beata ꝟgo maria: de q̄
dicitur in Iſa. Egredieť virga de radi
ce yeſſe. Itē virgilius in ſecundo buco
licoꝝ. Iā redit ꝛ ꝟgo redūt ꝛ ſaturnia
regna. Iā noua ꝓgenies celo dimitť
alto. In modo naſcendi puero: q̊ fer/
rea primū. Deſinet: ꝛ toto: ſurg3 gēs
aurea mūdo In hac virga poſita erat ti
riaca qn̄ filius dei a patre miſſus eſt in
vteꝝ ꝟginis cooperante ſpū ſancto. ꝛ
qn̄ de virgine natus ē xp̄s. arbor infec/
ta: ꝑ medicinam huius ſalutifere tyria
ce: dulcedinē ſuam priſtinā recuꝑauit
De qua omnib9 penitentib9 affluenter
dat ꝛ non improperat vt in Iſaya d᷑.
Omnes ſitientes venite. ꝛc.

De perſecutione.
Capitulum. clxxvij.

# Ex aſſuerus

grande conuiuium cunctis
principib9 ꝛ populis reg/
ni ſui fecit vt dicit Heſter primo. Ad
epulas reginā vaſti introduci iuſſerat
vt populus eius pulcritudinē videret
quam intrare renitentem rex regno pri/
uauit. Heſter ꝓ ea in ſceptro ſublima
uit. Poſt hec rex quendam aman ſuper
regnum exaltauit: cunctos pricipes ei
ſubiugauit. Cum āt cepiſſent omnes
genu curuare ſolus mardoche9 patrin9
regine noluit eū adorare. Unde indig
nat9 diſpoſuit eum cū omni ꝓgenie ſua
neci tradere. cum regis ſigillo decreuit
oēs iudeos in regno aſſueri extermiare
altūq3 erexit eculeum in q̊ voluit ſuſpē
dere mardocheū. Interea duo volebāt
regē occidere: q̊s mardoche9 accuſauit
ꝛ ꝓditos iuſſit rex ꝑdere. Mardoche
um purpura indui ꝛ coronā impōni. ꝛ
regio eq̊ ꝑ ciuitatē duci. Aman cū mili
tib9 p̄ire laudes ei cōcinere. Hoc facto
mardocheus regine dixit ꝙ aman eā cū
omni populo. i. parentela ſua morti ad
dixit: que omni pp̄lo ieiuniū indixit ſe
cū eis ieiunijs ꝛ orationibus affligit.
Quo pacto conuiuiū inſtituit regē in
uitans. Aman q̊q3 adeſſe iuſſit inť epu
las. regem ꝓ ſui populiq3 vita rogauit
ſe ꝛ omnes ſuos ab aman damnatos
narrauit. Quē rex furore repletus iuſ
ſit ſuſpendi in eodem eculeo quem ip̄e
preꝑauerat mardocheo. Porro ipſum
mardocheum principem conſtituit: qui
omnem cognationem aman perdidit.
ſed deo diſponente populus innocens
eſt liberatus ꝛ ſemen neq3 funditus ex
terminatum.

Moralizatio.

Cariſſimi.

# Ste rex eſt domi

nus noſter iheſus xp̄s: qui d̾ radice yeſ
ſe ſurrexit Hic pricipib9 ꝛ populis reg
ni conuiuiū fecit quia pluribus orbis
principibus ꝛ fidelibus regni corpus
ſuum ꝛ ſacram ſcripturam in epulas

dedit. Reginā vaſti coronatā ad conui
uium vocauit qꝛ ſynagogā lege ⁊ phi-
loſophis redimitā ad celeſtes epulas ĩ
uitauit. Que rēnuens regno priuatur
Heſter captiua in ſolio eius locatur qꝛ
iudea incredula de regno xp̄i eijcit̄ ⁊ eti
am de gentibꝫ a diabolo captiua in tha
lamū regis cōcors celeſtis regni ducit̄
Aman qui a rege exaltat̄ eſt iudaicꝰ po-
pulus qui a deo ĩ regno ⁊ ſacerdocio ac
diuino cultu ſublimat̄ qui q̄rit regine
ꝓgeniem extirpare: qꝛ iudaicus ppl̄us
querit eccl̄ie ſpm̄ exterminare. Aman q̄
qꝫ eculeum mardocheo erexit: in eundē
eculeum ipſe ſuſpendit̄: qꝛ dyabolꝰ in
crucis patibulo compbenditur. Duo
qui contra regē cōiurauerunt ſunt duo
infideles populi. ſ. iudaycus ⁊ gentilis
qui xp̄m occidi conſiliū dederūt: quos
mardocheus accuſat: qꝛ xp̄ianus popu
lus opa eoꝝ improbat Illi a rege necā
tur. ⁊ iſti a xp̄o damnātur. Mardoche
us purpura ⁊ corona veſtitur. Equo re
gio ꝑ ciuitatem ducit̄: qꝛ xp̄ianus po-
pulus a doctoribꝫ per mundū totū coli
tur. Ordo nāqꝫ equus xp̄i regis dicit̄
in quo ipſe per orbem vehit̄. Aman cū
militibꝫ laudes ei conſonant qꝛ iudaicꝰ
populus cum gentibꝫ velit nolit xp̄iani
preconia ꝓpr̄is celebrat. Regina regeꝫ
ad conuiuiū vocat: qꝛ eccl̄ia xp̄m ad ſo-
lēnia ſui corporis inuitat. Aman etiam
adeſſe iubꝫ qꝛ fideli populo ſuas ep̄las
predicādo prebet. Aman quoqꝫ q̄ mar
docheo eculeum erigit: eſt antichriſtus
qui ppl̄o per fidem minat̄ mortis ſuppli
cium qui eodem eculeo ſuſpendit̄ ⁊ ip
ſe mortis ſupplicio interimit̄. Mardo
cheus princeps a rege ꝑficit̄. qꝛ fidelis
populus pacto iudicio ſuper omnia bo
na domini ſui conſtituit̄. Semen neqꝫ
exterminat̄ qꝛ tunc generatio malorūꝫ
damnat̄. populus autem regine libera-
tur ⁊ triſticia eius in gaudiū ꝯmutatur
quia generatio rectoꝝ benedicetur leti-
cia ⁊ exultatione perfruetur.

De omnium diuitiarūꝫ matre ꝓ
uidentia.

Capitulum. clxxviij.

Quidam rex
deſiderabat ſcire q̄uō ſeip-
ſum ⁊ imperium deberet re
gere vocauit ad ſe vnūꝫ qui alios in ſa
pientia excellebat ⁊ ait ei. cariſſime tra
de mihi formā meipſum ⁊ imperium re
gendi. At ille. Dn̄e libenter. Statiꝫ fe
cit in pariete regem depingi coronam
habentā in capite ſub iſta forma. Erat ĩ
ſolio poſitus quidaꝫ rex purpura indu-
tus: in manu leua pilā: in dextra portat
ſceptꝝ: ⁊ vltra caput lucernā lucenteꝫ.
A parte ſiniſtra regina quedā formoſa
erat coronata ⁊ veſte deaurata varietatē
amicta. Ex alia p̄te erant aſſeſſores ĩ ca
thedra ſedentes cū libro apto. Ante ſe
ſub rege miles quidam: q̄ in equo ſede
bat armis decoratus habēs galeam in
capite: haſtā in dextra: clipeo ꝓtectus
in leua. enſem in dextra: loricam in cor
pore. fibulas in pectore. ocreas ferreas
in tibia. calcaria in pedibus. ferreas cy
rothecas in manibꝫ equum doctum ad
prelium cūꝫ phaleratibus. Sub rege
erant depicti vicarij vnus ſicut miles
poſitus in equo cum clamide ⁊ capucio
pelles varie virgam extenſam gerens ĩ
dextera manu. Item populares ſub vi
carijs quoꝝ erit forma talis. Homo in
humana ſpecie factus habens in manu
dextra ligonem quo terra foditur. in ſi
niſtra virgam qua grex armentorūꝫ di
rigitur. In cingulo falcem cum quo ſe
getes metuntur ⁊ vinearum ⁊ arborum
ſuperflua preſcinduntur. In dextro la
tere regis faber ante militem depictus
Huius fabri forma fuit. q̄ in forma ho
minis malleum geſſit ĩ dextra. in leua

habuit dolabrũ. In cingulo geſſit trul lam cementareã. Itez ante populares homo qui ĩ dextera forpicem habuit. in leua gladiũ magnum ꝛ altũ. in cingulo pugillare. i. vas ſcriptoꝝ cum incauſto ſup aurem dextram portans pennaz ad ſcribendũ. Item ante populares erat q̃ dam homo depictus habens in dextra libram cũ pondere. In leua geſſit vlnã In cingulo geſſit burſam cũ varia mo neta. Item ante reginam erant medici ꝛ pigmentarij ſub hac forma. Homo erat poſitus in cathedra magiſtrali poſi to libro in manu dextra. Vrceo ꝛ pixid' in ſiniſtra. In cingulo habens ferramẽ ta vlceꝝ ꝛ vulneꝝ. Item iuxta eum ho mo ſic formatus Homo tenens manũ dextram erectam ad imitandũ tranſeũ/ tes pro hoſpicio. Leuam tenens plenã pane pulcro ꝛ deſuper vas cum vino. ĩ cingulo tenens claues. Itez in ſiniſtra parte ante militem homo erat hui⁹ for me. ſcꝫ. in manu dextra habens claues magnas: in leua habens vlnam. In cĩ gulo habens burſam cũ denarijs. Itez ante regem erat homo habẽs capillos yſpidos ꝛ diſtortos. ĩ dextra manu mo dicam pecuniã. in leua habens tres tax illos. in cingulo habens pixidẽ litteris plenam. Rex cũ iſtã picturam vidiſſet tñ in ea ſtuduit ꝙ ſapientiam magnaz inuenit.

Expoſitio.

Cariſſimi.

## Vte rex debet eſſe

quilibet bonus xpianus ꝛ precipue prĩ ceps vel prelatus: qui vterqꝫ eoꝝ debet eſſe in ſolio poſitus purpura indutus: que figurat virtutem gratie ꝛ moꝝ pul critudinem quibus mens ꝛ aĩa xpiana ornari debet ꝛ precipue principis ſiue prelati quaſi habitu bonoꝝ virtutum pre ſub/ ditis omnibꝫ vt corpus eius reluceat aureis veſtibꝫ. Coronã habens in capi/ te que oſtendit in rege regiã dignitatẽ que ẽ gloria populi qua ſubditoꝝ oĩm oculi in eũ dirigunt' ꝛ ſibi obediũt. In manu leua defert pilã que oñdit regem eſſe adminiſtratorem ꝛ ꝓuiſorem oĩm ſubditoꝝ. In dextra manu habẽs ſcep trum oñdẽs eius iuſticiam ꝛ rigorem q̃ bus malos coherceat q̃s amor virtutis a malo non refrenat. ꝛ vltra caput re/ gis lucerna lucens que deſignat regis miam. Item regina a ꝑte ſiniſtra deſig nat charitatẽ que ẽ formoſa in aĩa. vñ mulier ſub rege ihesu xpõ debet eſſe vere cũda ꝛ pudica. Secundo debet eẽ caſta ꝛ honeſta. Tercio debet eſſe ſapiens ꝛ diſcreta ꝛ verbis ꝛ moribus modeſta. Item aſſeſſores. ſ. iudices in cathedra iſti ſunt prelati ꝛ predicatores qui dñt mandata dñi cuſtodire. libros. i. ſacrã ſcripturam apire populo. Miles eſt bo nus xpianus qui debet armari bonis v tutibus. Miles accingendus balneat' vt nouam vitã ducat. Item in orõne pernoctat petens ſibi diuinitus ꝑ grati am implere quod non poteſt ꝑ naturã Sic ꝛ bonus xpianus. miles vero debꝫ balneari aqua confeſſionis ꝛ ſepius ef fundere pro gratia. Multa quidem ne ceſſaria ſunt militi. Primo requiritur vt miles ſit ſapiens. Sic ꝛ xpianus vt addiſcat ſapientiam contra dyabolum Secundo incumbit militi vt ſit fidel' do mino ſuo. ſic chriſtianus domino ſuo ihesu chriſto. Tercio miles debet eſſe liberalis. ſic chriſtianis datiu⁹ Quarto miles debet eſſe fortis. ſic chriſtian⁹ cõ tra vitia. Quinto miles debet eſſe miſe ricors. ſic xpian⁹ Sexto miles dꝫ popu lares vigilant' cuſtodire: ſic xpianus dꝫ verbõ exemplo opere alios inquantum poteſt a peccatis cuſtodire ꝛ precipue ꝑ lati. Item vicarij ꝛ bonus miles poſitus in equo. ꝛc. Miles iſte eſt iudex qui de bet poni in equo iuſticie ꝛ clamide miĩe.

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

Anno domini Milleſimoquadringenteſimo [...] ſexta die auguſti que dicitur transfiguracionis domini [...] liber domini [...] canonicus [...] donavit [...] librum iſtum

Ad[...] metteria inſita beta anna

[B]eata dei genitrix maria virgo perpetua
templum domini ſacrarium ſp[...]uſſancti tu ſola
ſine exemplo placuiſti do[...] iheſu criſto
Ora pro populo interue[...] clero: intercede
pro deuoto femineo ſexu [...]o 10